

OPUSCULA  
LATINORUM  
MINORUM  
LATINORUM

POETAE LATINI MINORES

EDIT

E. BAEHRENS

III.



LIPSIÆ

IN AEDIBUS H. G. TEUBNERI





## XVIII.

## ITALICI ILIAS LATINA.

Epitomen Iliados sermone latino secundum Vergilium maxime Ovidiumque confecit teste uersuum 1—8 et 1063—70 parastichide Italicus quidam. quem fuisse Punicorum auctorem notum persuasit sibi qui primus artificium illud detexit Fr. Buechelerus [Mus. Rhen. XXXV p. 390 sq.], minus recte, cum demum post Neronis mortem Silium poeticam auspicatum esse ex Martiali [VII 63] constet, hoc autem poema, si non ante, certe uiuo adhuc Nerone prodiisse praeunte Lachmanno [klein. philol. Schr. p. 161 sq.] euicerit L. Muellerus [Philolog. XV p. 481]. sed licet Italici persona ignota eiusque nomen mox oblitteratum sit, opusculum ipsum iam antiquo tempore in scholas (quarum usui fortasse compositum erat) migrauisse non sine iure concludes ex Lactantio Statii interprete (cf. ad u. 1048); nam num recte in Hygini fabulis illius nestigium deprehenderit M. Schmidtus [praef. Hygini p. LI], non ita explorata est res. multifariam autem corruptum idem peruenit ad medium quod uocant acuum, quo inde a Carolo Magno non paruo gaudebat honore; siquidem et intra a. 850—55 Ermenricus in epistula ad Grimoldum [ed. Duemmler Halis Sax. 1873 p. 10] attulit u. 7 his usus uerbis *ut apud Homerum in Iliade* et saeculo X is qui gesta Berengarii imperatoris cecinit haud paucas carminis

nostri particulas, quarum quae sunt alicuius momenti in notis excipimus, in proprium adhibuit usum (cf. 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XIII p. 415 sqq.); quorum uterque fere easdem quibus codices hodie superstites laborant corruptelas exhibet. et saepius in codicum latinorum catalogis saec. IX—XI compositis *Omerus* commemoratur. sed boni illi monachi cum apud Graecos uixisse Homerum legerent, mox exorta est quaestio, quisnam latina lingua expressisset carmen; quaque erant in his rebus ignorantia funditus omnia permiscente, Pindarum eo munere functum esse nescio qua usi ratiocinatione sumpserunt. unde legimus apud Benzonem episcopum Albensem in carmine circa a. 1087 confecto [Monum. Germ. XIII 599] *Pindarus seu Homerus* inter alios scriptores Romanos et apud Hugonem Trimbergensem saec. XIII uigentem in catalogo multorum auctorum *hinc minori locus est huic Homero datus, quem Pindarus philosophus fertur transtulisse latinisque doctoribus in metrum conuertisse*: cf. L. Muellerus l. l. p. 475 sqq.\*). et inde ab hoc saeculo XIII Pindari nomen ita inualuit ut non solum in codices\*\*) transiret, sed etiam

\*) ad solam monachorum inscitiam cum Pindari nomen sit referendum, non altior huius erroris explicatio uidetur esse anquirenda cum eodem Muellero [mus. Rhen. XXIV 492 sq.].

\*\*) sic in codice Vaticano-Reginensi 1708 saec. XIII—XIV ita inscribitur *Incipit liber pindari translatoris homeri* subscribiturque *Pindarus hunc librum fecit sectatus homerum; Grecus homerus erat, sed pindarus ipse latinus*; simillimeque in Vaticano-Palatino 1611 saec. XIV exeuntis in fine legitur *Pindarus hunc secum trans pontum uexit homerum, Scilicet argiuum dedit esse poema latinum*; quod faueret sententiae Wernsdorffii Pindari nomen ex Pandari corruptum esse statuentis, nisi et illud antiquioribus longe testibus confirmatum esset et facili errore nououe commento Pandarus prouenisset; et recte in codice Santeniano, qui itidem subscriptionem illam paululum deprauatam exhibet, *Pindarus* habetur ex exemplari, ut uidetur, communi. cf. et L. Muellerus praef. edit. p. 10.

postea optineret in editionibus usque ad nostrum saeculum. cum autem, ut dixi, gratia magna floreret epitome per medii aevi partem posteriorem (cuius rei testimonia adsunt et imitationes multae apud Albertum Stadensem aliosque eius temporis scriptores obuia et grammaticus saec. XII—XIII in A. Mai auct. class. uol. VII editus) et teste Eberhardo Bethunensi Labyr. tract. III 45 sq. in scholis diligenter tractaretur, factum est ut et textus deprauatio iam in antiquitate grassata in dies magis auangeretur et uetusta exemplaria usu multo detrita euanescerent fato similimo eius quod Ouidii metamorphoses subierunt. hinc hodie non suppetit, quantum quidem scimus, codex saeculum XI antecedens, suppetunt recentes foedeque interpolati multi. elegimus autem, quibus ducibus in constituendo uerborum contextu uteremur, libros octo, qui sunt hice:

**B**, cod. musei Britannici Londoniensis Addit. 15601 saec. XII—XIII fol. 102—108 habens uu. 1—832. ipse contuli.

**E**, Erfurtanus Amplon. Nr. 20 saec. XII, de quo cf. Ritschelius opusc. III p. 842 sqq., titulo *Incipit liber Homeri* ornatus, correctores passus duos, quorum prior, si non ipse librarius, huic certe aequalis est (*m. 1*) correxitque multa pudenter prudenterque conlato exemplari quodam bono, alter saeculi fere XIV ut glossas adscripsit permultas ita textum interpolationibus deformauit (*m. 2*). ipse olim excussi, eiusdemque conlationem dedit Th. Krafftius in programme Norimbergensi a. 1874.

**F**, Florentinus Laurent. plut. 68, 24 saec. XI, qui post Auianum fol. 55—74 carmen praebet inscriptione eadem atque in **E** instructum. ipse a. 1872 contuli; cf. et C. Schenkelius in anal. gymn. Austriac. a. 1875 p. 243 sqq.

**G**, Guelferbytanus Extr. 301 saec. XII—XIII fol.

17—29 *Incipit Homerus* inscriptus (desunt uu. 182—625). ipse contuli.

L, Leidensis Voss. L. O. 89 saec. XII, qui fol. 1—10 Catonis disticha, fol. 10—28 Avianum, fol. 29—57 nostram epitomen (*Incipit liber omeri*), denique in fine librum paradisi exhibet. manus correctrix (m. 2), haud raro difficillime a prima dinoscenda, non pauca mutauit eradendo et emendando. post Kootenum eius conlationem exhibuit L. Muellerus in *Fleckeis.* ann. a. 1862 p. 729 sqq.; ipse, dum apparatus criticum compono, librum pretiosissimum ob oculos habui.

M, Monacensis 19463 saec. XII a. fol. 13—35 (titulo a manu antiqua caret).

N, Monacensis 19462 saec. XI fol. 1—18 (*de bello troyano homerus* praescripsit manus rec.). ipse et M et N a. 1872 contuli; de nonnullis eorum lectionibus dubitantem me postea beniuole erudiuit Guil. Meyerus.

V, Venetus Bessar. 497 saec. XII ineuntis, inter uaria grammaticorum latinorum opuscula fol. 59—65 epitomen nostram praetereaue alia carmina minora, sed ut nihil his prosit, exhibens. ipse contuli.

Hi libri ita inter se cognati sunt ut ex uno exemplari fortasse Gallico **EL**, ex altero Germanico **MN**, ex tertio Italico **FV** fluxerint, paulo autem recentiores **BG** iam oblitterata origine saepius ab illis descuerint. eminent autem sinceritate scripturae prae ceteris **E** et **L**; quamquam is est huius libelli status qui quominus uni libro librorumue familiae te addicas uetet, ut eligatur prudenter ex omnibus quidquid per se commendatur iubeat. sed eam legem inmensa uariarum lectionum multitudo, quae habetur in codd. supra enumeratis, mihi imposuit, ut omissis fere orthographicis ex solis **EL** scripturas plerasque, ex ceteris maxime memorabiles enotarem. quo negotio ita me functum esse tibi persuadeas ut nullo loco grauiore aliquid praetermitterem.

Iam ceteri codices saec. XIII—XV exarati, quorum non paucos inspeximus, praeter nouas interpolationes mendaque nil boni praebent\*); neque Bruzellensis 2718 saec. XV, ut de hoc uerbis disertis tester (nam mouerat eius magnam spem nonnullis Reiffenbergius), aliud quidquam quam textum uulgarem exhibet. abiciendi denique etiam libri a Kooteno praeter **L** adhibiti. pauca ex illis lectiones (ε) adscripsi.

E doctis emendationi textus longam per tempus misere iacentis (solae fere editiones Fanenses a. 1505 et 1515 pauca contulerant) maxime profuere Bataui, cum Petrus Bondamus [uar. lect., 1759] tum uero Johannes Schraderus. et huius quidem auspiciis ductaque complures (Higtium prae ceteris nomino) huic poetae nauabant operam; quorum studia collegit priusque inuentis auxit Theod. van Kooten, cuius editionem uariis iactatam fatis tandem publici fecit iuris Weytinghius [Amstelod. 1806], cum interim Wernsdorffius Poetarum lat. min. uolumini IV inseruisset epitomen. cuius denique textum selecto apparatu critico instructum emisit L. Muellerus [Berol. 1857] idemque Philologi Gottingensis l. l. amplius de locis multis disseruit; cf. et Mus. Rhen. XXII 457 sqq.

\*) commemorandus est tamen Ambrosianus T 5 sup., qui inter alia foliis rescriptis saec. XIII habet epitomes fragmenta; cuius notitiam debeo Gustavo Loewe, qui summo cum labore scripturae specimen confecit.

*Iram pande mihi Pelidae, Diua, superbi,  
Tristia quae miseris iniecit funera Grai  
Atque animas fortes heroum tradidit orco,*

2 quae mis. *Higtius*: quae mis. **B** q̄mis. **M** qui mis. *ceteri omnes* (quonis. **V**) || 3 animas *ex -os corr.* **EGM**, *ex -is (ut uid.)* **L**: animos *ceteri*

Latrantumque dedit rostris uolucrumque trahendos  
 Illorum exsanguis inhumatis ossibus artus. 5  
 Confiebat enim summi sententia regis,  
 Ut primum tulerant discordi pectore pugnas  
 Sceptryger Atrides et bello clarus Achilles.  
 Quis deus hos ira tristi contendere iussit?  
 Latonae et magni proles Iouis. ille Pelasgum 10  
 Infestus regi pestem in praetoria misit  
 Implicuitque graui Danaorum corpora morbo.  
 Nam quondam Chryses, sollemni tempora uitta  
 Implicitus, raptae fleuit solatia natae  
 Inuisosque dies inuisaque tempora noctis 15  
 Egit et assiduis impleuit questibus auras.  
 Postquam nulla dies animum maerore leuabat  
 Nullaque lenibant patrios solatia fletus,  
 Castra petit Danaum genibusque affusus Atridae  
 Per superos regnique decus miserabilis orat, 20  
 Ut sibi causa suae reddatur nata salutis.  
 Dona simul praefert. uincuntur fletibus eius  
 Myrmidones reddique patri Chryseida censent.  
 Sed negat Atrides Chrysenque excedere castris

4 trahendas **M** traendās (sic) **F** || 6 Confiebat *Schraderus et Higtius*: Conficiebat **O** || 7 in marg. infer. add. m. 1 **E** | Ut primum tulerant *scripsi*: Ex quo pertulerant **B** Pertulerant ex quo *ceteri codd.* Protulerant ex quo *Ermenricus (cf. p. 3)*: ex quo *illius ut glossam esse apparet*: contulerant *uulgo* | discordi pectore **E** (et **V** ex corr.): discordia pectora *ceteri (V m. 1)* | pugnis **FV** turmas *Ermenricus* || 8 Sceptri = = (ger. *suprascr.* m. 2) **L** Sceptrier **M** || 10 proles magni **B** | illa **B** || 11 Infestus *Brantsma*: Infestam **O** | regis (s. m. 2 add.) **E** | praetoria *Schraderus et Higtius*: praecordia **O** || 12 m. 2 eiusdem acui add. **G** | Impl. **FV** Impleuitq; **B** || 13 crises uel chrisis *semper codd. (etiam creses sim.)* | sollemnis **V** | tempora **BFG** tempore **V, E** et **L** m. 1 | uicta **M** uite (-ta corr.) **E** uite in uitta corr. **L** uite **V** || 14 Impl. **E**: Impl. *ceteri* | solacie (a supra e) **L** | natae fl. s. rapta *Schraderus*; malim rapta heu f. s. natae || 17 plangore **L** | lenauit **B** || 19 genibus (q; add. m. 2) profusus atridis **G** || 22 praefert, sic **O** || 23 cessit **M** || 24 a castris **B**

Despecta pietate iubet; ferus ossibus imis 25  
 Haeret amor, spernitque preces damnosa libido.  
 Contemptus repetit Phoebia templa sacerdos  
 Squalidaque infestis maerens secat unguibus ora  
 Dilaceratque comas annosaque pectora plangit.  
 Mox ubi depositi gemitus lacrimaeque quierunt, 30  
 Fatidici sacras compellat uocibus aras:  
 'Quid coluisse mihi tua numina, Delphice, prodest  
 Aut castam multos uitam duxisse per annos?  
 Quidue iuuat sacros posuisse altaribus ignes,  
 Si tuus externo iam spernor ab hoste sacerdos? 35  
 En, haec desertae redduntur dona senectae?  
 Si gratus tibi sum, sim te sub uindice tutus.  
 Aut si qua, ut luerem sub acerbo crimine poenam,  
 Inscius admisi, cur o tua dextera cessat?  
 Posce sacros arcus, in me tua derige tela: 40  
 Auctor mortis erit certe deus. ecce merentem  
 Fige patrem: cur nata luit peccata parentis  
 Atque hostis duri patitur miseranda cubile?'  
 Dixit; at ille sui uatis prece motus acerbis  
 Luctibus infestat Danaos pestemque per omnes 45  
 Inmittit populos: uulguis ruit undique Graium,  
 Vixque rogis superest tellus, uix ignibus arbor,

26 spernitq; in spernitq; m. 2 corr. **L** || 27 Contemptū **FL**  
 Contemptu **V** Despectus **E** | phebea **L** m. 1, **G** || 29 anosq. **L**  
 m. 1 | pectora **EM**: tempora *ceteri (in B hoc et u. superioris pars maior legi nequit)* || 31 Fatidicis **O** (Vatidicis **EG**), corr. **5** |  
 compellit (comp. **M**) **BGLMN** | aras 1 aures (hoc add. m. 1) **E**:  
 aures *ceteri omnes* || 33 Et **E** (a corr., ut uid.) | multos uitam  
**BE**: uitam multos *ceteri* || 35 Sic **M** || 36 defectae **5** || 37 Si (Sic  
**N**) t. s. gr. **GN** | sim | si **M** sum **N** | uindice **EFV** (**B** *suprascr.*):  
 iudice *ceteri* || 38 Aut ex | At corr. **E** | si qua ut *Dussenus*: si  
 quā ut **EFLV** siquā = = (eras. ut) **B** si quas (om. ut) **M**  
 siquid ut **GN** | p(o)ena **O**: poenas **GM** || 39 amisi **G** m. 1 amisi **L**  
 amisi **V** amisi **FM** | cur o om. in ras. **L** || 40 dirige **O**, correxi ||  
 42 quur **V** (ut saepe) || 44 Dixit at *scripsi*: Dixerat **O** | prece  
 uatis motus **N** motus prece uatis **B** || 46 Imm. **BEGV** || 47 arbor  
*Schraderus*: aer **O** (acer **L**, ut uid.) aether *uulgo*

Derat ager tumulis. iam noctis sidera nonae  
 Transierant decimusque dies patefecerat orbem,  
 Cum Danaum proceres in coetum clarus Achilles 50  
 Conuocat et causas hortatur pestis iniquae  
 Edere Thestoriden. tunc Calchas numina diuum  
 Consulit et causam pariter finemque malorum  
 Inuenit; effarique uerens ope tutus Achillis  
 Haec ait: 'infesti placemus numina Phoebi 55  
 Reddamusque pio castam Chryseida patri,  
 Si uolumus Danaï portus intrare salutis'.  
 Dixerat; exarsit subito uiolentia regis:  
 Thestoriden dictis primum compellat amaris  
 Mendacemque uocat; tum magnum incusat Achillem 60  
 Inque uicem ducis inuicti conuicia suffert.  
 Confremuere omnes. tandem clamore represso  
 Cogitar inuisos aeger dismittere amores  
 Intactamque pio reddit Chryseida patri,  
 Multaque dona super; quam cunctis notus Ulixes 65  
 Inpositam puppi patrias deuexit ad arces  
 Atque iterum ad Danaum classes sua uela retorsit.  
 Protinus infesti placantur numina Phoebi.  
 Non tamen Atridae Chryseidis excidit ardor:

48 Derat O (Degerat F) | nonae om. E m. 1 || 50 Cum  
 Higtius: Tum EFLNV Tunc BG Dum M || 51 casus GV ||  
 52 thestodiden E t(h)estoridē plerique (-dem M) | tum NV  
 calchas EV calcas L chalchas BG || 53 causas BG | laborum L  
 57 salutis | petitos Kootenus || 59 T(h)estoridē O | dictis primum  
 O: primum dictis uulgo | cōpellit B (L, ut uid.) || 60 tum FMNV:  
 tunc ceteri || 61 conuicia BEF || 63 inuisos — dis mittere (uel  
 inuitis — dis m.) scripsi: inuitos — dimittere O, nisi quod in-  
 uictos, nisi uerbum per se parum aptum iam u. 61 praecederet ||  
 64 Chryseida reddere Fanensis || 66 deuertit L, corr. m. 1 | ad  
 horas G || 67 classes danaum BV || post 68 solus G m. rec. in  
 marg. addit: Et prope consumptae uires redduntur Achinis,  
 quem uersum uulgo receptum eieci || 69 atridi FGM | criseidis  
 (cres.) EFGMN, -dis ex-des m. 1 corr. L criseidos B

Maeret et amissos deceptus luget amores. 70  
 Mox rapta magnum Briseide priuat Achillem  
 Solaturque suos alienis ignibus ignes.  
 At feras Aeacides nudato protinus ense  
 Tendit in Atriden et, ni sibi reddat honestae  
 Munera militiae, letum crudele minatur; 75  
 Nec minus ille parat contra defendere sese.  
 Quod nisi casta manu Pallas tenuisset Achillem,  
 Turpem caecus amor famam liquisset in aeuum  
 Gentibus Argolicis. contempta uoce minisque  
 . . . . . 80  
 Inuocat aequoreae Pelides numina matris,  
 Ne se Plistheniden contra patiat inultum.  
 At Thetis audita nati prece deserit undas  
 Castraque Myrmidonum iuxta petit et monet, armis  
 Abstineat dextra, e congressuque inde per auras 85  
 Emicat aethereas et in aurea sidera fertur.  
 Tunc genibus regis sparsis affusa capillis  
 'Pro nato ueni genitrix en ad tua supplex  
 Numina, summe parens! ulciscere meque meumque  
 Pignus ab Atrida. quodsi permittitur illi, 90

70 deceptus EG: decōptus uel decomptus FLMN, detētus  
 (tō ex corr.) B || 76 sese | se ense BL se hense V ense N se=se  
 G || 77 cauta G. T. Suringar || 79 Mentibus FLV | contenta L;  
 intenta Hocufftius | manuque Higtius || 80 lacunam unius uersus  
 significauit || 82 Ne = L | se Plistheniden Bergkiius Philol. XVI  
 p. 623: se (eras. N) plus thetis (t prior ex corr. L) O; incre-  
 dibilia anteriores proposuere | cōtra ita ut cō ex corr sit B =  
 tra N; num Plisthenidis probro ? || 84 iuxta petit et monet  
 armis E: praeteruolat inde per auras E m. 2 suprascr., et ita  
 in textu ceteri omnes (piceps uolat V), qui u. 85 omittunt ||  
 85 solus E habet a m. 1 post 82 additum; huc reuocauit Ritsche-  
 lius | dextra e congressuq; inde scripsi: dextre congressū  
 inde E dextram congressuque; inde Ritscheliius (dextram et  
 congressibus Bergkiius) || 86 aetherias EFV || 87 sparsos-capillos  
 EM, et hoc m. 1 in sparsis-capillis corr. L | effusa E (corr. m. 2)  
 F efusa M || 88 ueni O: uenio (o m. 2 add.) L uenit (t m. rec.)  
 M ueni = B | genitrix O || 90 Pignus Higtius: Corpus O; num  
 Germen? | atride (a supra e m. 1) E



Ut flammas impune mei uiolarit Achillis,  
 Turpiter occiderit superata libidine uirtus.  
 Iuppiter huic contra 'tristis depone querellas,  
 Magni diua maris, mecum labor iste manebit.  
 Tu solare tui maerentia pectora nati'. 95  
 Dixit; at illa leuis caeli delapsa per auras  
 Litus adit patrium gratasque sororibus undas.  
 Offensa est Iuno 'tantum'que ait, 'optime coniunx,  
 Doride nata ualet, tantum debetur Achilli,  
 Ut mihi, quae coniunx dicor tua quaeque sororis 100  
 Dulce fero nomen, dilectos fundere Achiuos  
 Et Troum renouare uelis in praelia uires?  
 Haec tu dona refers nobis? sic diligor a te?'  
 Talibus incusat dictis irata Tonantem  
 Inque uicem summi patitur conuicia regis. 105  
 Tandem interposito lis Ignipotente resedit,  
 Et dapibus diui curant sua corpora largis. 109  
 Interea sol emenso decedit Olympo, 108  
 Conciliumque simul genitor dimittit *ab aula*; 107  
 Inde petunt thalamos iocundaque dona quietis. 110

Nox erat et toto fulgebant sidera mundo  
 Humanumque genus requies diunumque tenebat, II.

91 uiolarit FLV: uiolaret *ceteri* || 92 om. V, in marg. habent  
 BEFL m. coeua (92-94 in marg. m. aequali G), post 96 po-  
 nunt MN || 93 haec F | contra | dixit BGV (E m. 2) | tristis (e  
 m. 1 supra i alt.) E: tristes *ceteri* | querelas O || 96 leues libri,  
 praeter E (in quo tamen -es corr. m. 1) et L || 98 tandēq; E  
 coniunx libri praeter E (item u. 100) || 100 dicor tua coniunx E  
 103 tu Wernsdorfius: ita O || 105 conuitia EG || 106 seposito (se  
 in ras) L | Ignipotente Higtius: omnipotente O || 107 et 109 in  
 O inter se locum mutare iussit L. Muellerus || 107 demittit E |  
 ab aula uulgo: olimpo E, et L qui m. 1 corr. in olimpi, quod  
 habent *ceteri* (holimpi B, olympi V a m. 2 add.); totum u. inter-  
 potatum habet Schenklus || II Lib. mg. rubr. E Explicit lib. I  
 Incipit lib. II fere BFNV, om. GM, spatium in L || 111 celo —  
 toto E toto — mundo (i celo *suprascr.* m. 2) L toto — celo  
 BV || 112 requiem — tenebant E

Cum pater omnipotens somnum uocat atque ita fatur:  
 'Vade age per tenues auras, lenissime diuum,  
 Argolicique ducis celeri pete castra uolatu; 115  
 Dumque tuo premitur sopitus pondere dulci,  
 Haec illi mandata refer: cum crastina primum  
 Extulerit Titana dies noctemque fugarit,  
 Cogat in arma uiros incautumque occupet hostem.'  
 Nec mora: somnus abijt leuibusque per aera pennis 120  
 Deuolat in thalamos Agamemnonis: ille sopore  
 Corpus inundatum leni prostratus habebat.  
 Ad quem sic loquitur curarum operumque leuator:  
 'Rex Danaum Atride, uigila et mandata Tonantis,  
 Quae tibi missa simul delatus ab aethere porto, 125  
 Accipe: cum primum Titan emerserit undis,  
 Fortibus arma iube socios aptare lacertis  
 Et petere Iliacos instructo milite campos.'  
 Dixit et has repetit per quas modo uenerat auras.  
 Interea lucem terris dedit ignea lampas. 130  
 Conuocat adtonitus uisis Pelopeius heros  
 In coetum proceres remque omnibus ordine pandit.  
 Cuncti promittunt socias in praelia uires  
 Hortanturque duces; quorum rex fortia dictis  
 Pectora conlaudat gratesque agit omnibus aequas. 135  
 Hic tum Thersites, quo non deformior alter  
 Venerat ad Troiam linguaue proteruior, ultra

113 Cum Higtius: Tum O (Tunc BL) | omps *plerique* (omni-  
 pudens FL) || 114 lenissime *codd. praeter* BN (n L m. 2 *supra*  
*ras.*); aurasque *corr.* M || 119 incautumq; E || 120 somnos E ||  
 121 agamemnonis EL || 124 danaū ≡ ≡ L | atride m. 1 in -da  
*corr.* EL atrida *ceteri* (atrides G) || 125 missa uulgo: iussa O |  
 delapsus M || 126 tytan E (*semper*) | se emerserit M || 129 has  
 m. 2 *supra lin.* L as B; malim hinc || 131 atton. *codd. praeter*  
 M | uisis EMN: iussis *ceteri* (-sit F) || 134 duces *scripsi*: ducem  
 O || 135 cōlaudās (-s in ras. m. 2) L | grates (om. que) FL  
 quorum grates V || 136 tunc FNV | thesidis (tersites m. 2 *suprascr.*)  
 E thersitis V -tus L | non] nec V (E m. 2 *suprascr.*) || 137 linguaue  
 G: lingua ≡ ≡ (nec m. 2 *supra lin. praeficit*) E nec lingua

Bella gerenda negat patriasque hortatur ad oras  
 Vertere iter; quem consiliis inlustris Ulixes  
 Corruptum dictis sceptro percussit eburno. 140  
 Tum uero ardescit conceptis litibus ira:  
 Vix telis caruere manus, ad sidera clamor  
 Tollitur, et cunctos pugnandi corripit ardor.  
 Tandem sollertis prudentia Nestoris aevo  
 Compressam miti sedauit pondere turbam 145  
 Admonuitque duces dictis, responsa recordans  
 Temporis illius, quo uisus in Aulide serpens  
 Consumpsit uolucrum bis quattuor arbore fetus  
 Atque ipsam inualido pugnante corpore contra  
 Addidit extremo natorum funere matrem. 150  
 Tum sic deinde: 'senex remoror, remoramini, Achiui:  
 In decimo labor est, Calchas quem dixerat, anno,  
 Quo cadet ec Danaum uictoricibus Ilion armis.'  
 Assensere omnes, laudatur Nestoris aetas,  
 Conciliumque simul dimittitur; arma parari 155  
 Dux omnis iubet atque aptari corpora pugnae.

**FMNV** ≡ ≡ lingua (que *m. 2* add.) **L**; in **B** hic *u. dest* |  
 proteruior, *ita* **O** | ultra *Bergkii*: alter **O** *e u. priore* || 138 pa-  
 trias (*om. que*) **BFLV**, quo *recepto* hortatus *comicias* || 139 il-  
 lustris *codd. praeter* **M** || 140 eburno (*t neo m. 1 suprascr.*) **L** ||  
 141 Tunc **E** | conceptis **E** || 144 sollerti **BM** sollerti ≡ **G** (sol-  
 lerti — arte *Ruardius*) || 145 pondere *scripsi*: pectore **O** || 146 Amon.  
**E** Ammon. **FV** || 146 recordat **M**; *num* reuoluens? || 148 uolu-  
 chrum *b. quatuor* **E** | fetus **V** ferus **E**: fetus *uel* foetus *ceteri* ||  
 149 inualido **GN**: ualido *ceteri* | pectore **BV** || 150 *puto* extremam in  
 nat. || 151 Tunc **BFLN** | inde **FGV** | senex *prioribus adiungunt*;  
*correci* | remoror *scripsi*: moneor **F** moneo ≡ **L** moneo *ceteri*  
*(etiam E)*; maneo *uulgo* | remoramini *scripsi*: remoneboq; (*q; m. 1*  
*supra lin.* **EL**) *codd. praeter* **F** remonebor *et* **M** reminiscor *ex-*  
*hibentes*; remaneteque *uulgo* || 152 quem calcas (*chalcas*) dix.  
**NV** (*M u. 152 om.*) || 153 cadet *ec scripsi*: caderet **O** (*cideret N*;  
*an recidet?*) | caderet *danaum uiatr.* **E** || 154 Assens. **O**: Consens.  
**E** || 155 Consiliumq; *codd. praeter* **EG** || 156 Dux omnis iubet  
 atque *scripsi*: Dux iubet atque animos **O** (*Rex pro Dux*  $\zeta$ ) |  
 aptari (*et supra lin. add.*) **G**: aptare *et* **O** | corpora *Higtius*:  
 pectora **O**

Postera lux tacitas ut primum dispulit umbras  
 Et nitidum Titan radiis caput extulit undis,  
 Protinus armari socios iubet acer Atrides  
 Et petere Iliacos instructo milite campos. 160  
 Vos mihi nunc, Musae (quid enim non ordine nostis?),  
 Nomina clara ducum clarosque referte parentes  
 Et dulces patrias: nam sunt haec munera uestra.  
 Dicamus, quot quisque rates ad Pergama duxit,  
 Et coeptum peragamus opus, sitque auctor Apollo 165  
 Aspiretque libens operi per singula nostro.  
 Peneleos princeps et bello Leitus acer  
 Arcesilaus atrox Prothoenorque Cloniusque  
 Boeoti decies quinas egere carinas  
 Et tumidos ualido pulsarunt remige fluctus. 170  
 Inde Mycenaeis Agamemnon moenibus ortus,  
 Quem sibi delegit bellatrix Graecia regem,  
 Centum egit plenas armato milite puppes.  
 Et bis tricenis Menelai nauibus ardor  
 Insequitur totidemque ferox Agapenoris ira. 175  
 Quos iuxta fidus sollerti pectore Nestor  
 Consilioque potens gemina cum prole suorum  
 It ter tricenis munitus in arma carinis.

157 tantas **L** | depulit **O**, *corr. Higtius* || 158 ≡ tulit **L**; *num*  
 extulit? || 160 constructo **N** armato **E**; *totum u. ex* 128 *praue*  
*repetitum puto* || 161 Incipit lib. IIII *in spatio uacuo* **L** | Nunc  
 (*Vos m. 2 suprascr.*) **E** || 162 parentes **O**: penates *uulgo* || 163 no-  
 mina (*munera m. 1 suprascr.*) **E** || 164 quas (*as ex corr., et quot*  
*m. 1 suprascr.*) **L** || 165 peragimus (*a supra i m. 1*) **E** || 167 Pene-  
 laus (*e supra a m. 2*) **E** | Leitus *Bondamus*: lercius **BEFN**  
 laertius **LM** lertius **G** ler ≡ tius (*ler ex corr.*) **V** || 168 Archesi-  
 laus *fero* **O** | protenorq; **BG**: pr(a)etenorq; **FLV** protenor (*om.*  
*que*) **MN** *et* proteuir (*nor supra uir m. 2*) **E** | cloniusq; **FLV**:  
 claniusq; (*d supra cl. m. 2*) **E** clonioq; **B** clonius (*atq; add. m. 2*)  
**G** didoniusq; **M** cremusq; **N** || 169 Boetes **O** (*Boeti* ≡, *i ex corr.*  
**L**); Boeoti *Kootemus* Boeotas *Wernsdorfius* || 170 remige *ex*  
*ermige corr.* **E** || 171 agamemnon **EFL** -menon **MN** || 174 trigenis  
**BL** || 177 suorum est **E** || 178 It ter **L**: Est ter **FGMN** Est cum **B**  
 Ter (*It m. 2 suprascr.*) cum **E**

At Schedius uirtute potens et Epistrophus ingens  
 Gloria Myrmidonum, saeui duo robora belli, 180  
 Longa quaterdenis sulcarunt aequora proris.  
 Et bis uicenas Polypoetes atque Leonteus  
 Instruxere rates, ornatas milite forti.  
 Euryalus Sthenelusque . . . et fortis in armis  
 Tydides ualido pulsantes remige fluctus 185  
 Bis quadragenas onerarunt milite puppes.  
 Ascalaphusque potens et Ialmenus, acer uterque,  
 Ter denas ualido complerunt remige naues.  
 Et bis uicenas Locrum fortissimus Aiax  
 Instruxit puppes totidemque Euaemone natus. 190  
 Quos iuxta Graium murus comitatur Achilles,  
 Cum quinquaginta materna per aequora uectus.  
 Thessalici iuuenes Phidippus et Antiphus ibant  
 Altaque ter denis sulcarunt aequora proris.

179 At Schedius *Fanensis*: Ascadius **BEG** et (in Assedius *corr.*) **L** Tascadius **V** Assedius **F** Archadius **M** Ascredius **N** | epistropus *codd. praeter* **BE** || 181 Longa; terdenis (Grandia *terd.*) **E** **O**, *corr. Fanensis* | sulcarunt **S**: pulsarunt **O** || 182—625 *om.* **G** || 182 uicenas **BE** | polypoetes **M**: polibetes **O** (-tas **B** -tus **N**) | leonteus **L**: leontheus **E** leontes **FN** leontas **MV** leuteus **B** || 183 honeratas **NV** **O** ≡ atas (ner *supra ras.*) **B** | milite multo *Schenkelius* || 184 Euryalus *Bondamus et Higtius*: ≡ urripulus (eripulus *m. 2 suprascr.*) **E** Surripilus **FM** (-pulus) Susripilus **B** Euripilus **LN** (-pulus) Durripilus **V** | sthenelusq; **LV**: stelenusq; *ceteri* | *inserunt simul* **E** duces **BN** (**E m. 2**) decus **FM** decons **V** decens (ens *ex corr.*) **L** || 185 Tydides **EL m. 1 M** | pulsantes *scripsi*: pulsarunt **O** | fluctus **E** (fructus **M**): pontum **BFNV**, et *supra ras. m. 2 L* || 186 Bis **LN**: Bisque **E** (q; *suprascr. L m. 1*) **Hi FV Hii M** **In B** | ornarunt **M** || 187 Ialmenus *Fanensis*: thalamenus in thelamus *corr.* **E** thalamis (*m. 1 supscr.* et iamenus, *om. in textu et*) **L** talamus (*om. et*) **M** thalmeus **F** thalmenus **V** talamonius **N** talamon **B** || 189 uicenas **BE** || 190 Euaemone *Bondamus* (Euaem. *Muellerus*): euchenore **O** (**V om. 190**) || 191 murus (*m ex corr.*) **L**: durus **O** || 193 Thesal. **LN** | p(o)edippus **O** (poethpus **B**; h *supra pe L*) | antipus (h *supra p*) **B**: antimus (p *supra m*) **E** antipus **NV** antibus **FL** aphius **M** || 194 sulcarunt *uulgo*: pulsarunt **O**

Et tribus assumptis ratibus secat aequora Nireus, 195  
 Tlepolemusque nouem Rhodius, quos uiribus acer  
 Eumelus sequitur, minus una naue profectus  
 Quam duxit Telamone satus Salaminus Aiax.  
 At Prothous Magnes Tenthredone natus et una  
 Euboeae magnis Elephenor finibus ortus 200  
 Dulichiusque Meges, animisque insignis et armis,  
 Aetola de gente Thoas Andraemone natus,  
 Hi quadragenas omnes duxere carinas.  
 Et bis sex Ithaci naues sollertia duxit;  
 Quem sequitur totidem ratibus Telamonius Aiax, 205  
 Egregia uirtute potens; simul horrida Guneus  
 Ire bis undenis tendebat in arma carinis.  
 Idomeneus et Meriones, Cretaeus uterque,  
 Bis quadragenis muniti nauibus ibant.

195—198 *post 202 poni uult Schenkelius (potius ingrata uocis aequora repetitio eliminanda scribendo 195 secuit freta)* || 195 *ex Syme Wernsdorffius* (ab *Syme Schenkelius*) | Nireus *Bondamus et Higtius*: teucer **O** || 196 Tlepolemusque *Barthius*: Triptolemusq; *tere* **O** (≡ triptolim. **B** Neptolem. [triptolom. *m. 2*] **E** Striptolom. **FL** Triptolom. **V**) | rodus **O** (redius **B**) || 197 Eumelus **L m. 1**: Eumenelus *ceteri* (Hum. **E**, *sed corr. m. 2*, -nulus **M** -nelcus **B**, **N m. 1**, **L ex corr.**) | profectus *uulgo*: proectus **O** || 198 thelamone **EFMN** (*hic thal.*) | salaminus **B**, **L ex corr.**, **V**: telamonius (*suprascr. m. 2 salimius*) **E** thelamonius **F** salamonius **N** salmonius **M** || 199 At Prothous *Bondamus*: Astropus **O** (-fus **L** -pus *suprascr.* h **B** Ostrophus, *m. 2 suprascr.* Astropus, **E**) | Magnes *Schraderus et Higtius*: magno **O**, *nisi quod et magno M a* (et *m. 2 suprascr.*) magno **E** | thethoredone **L** et (testoride *m. 2 suprascr.*) **E** teethorede **B** thaetore done **F** testoride **N** de cidine **M** thesthorede **V** || 200 Euboea ac **B** Euboea ac **EFM** Euboea et **M** Eubous ac **V** Euboee (e *ult. ex corr.*) **a** ≡ **L**; *num in ac latet ec (ex Bondamus) ?* | helpenor **O** (elp. **N** help. **M**) || 201 animis ≡ (*supra ras. qui q; m. 2*) **E** ani ≡ ≡ (mis *supra ras., om. que*) **L** || 202 Ethola **O** | andremone **O** || 203 Hii et duxere **E** || 204 itachi **E** || 205 ratibus totidem thel. **E** || 206 Guneus *Bondamus*: phineus **O** (fineus **BL** -meus **N** -ne *suprascr.* os **M**) || 207 tendebat *Kootenus*: temptabat **O** || 208 Idemeneus et meriones **E**

Et totidem puppes clara de gente Menestheus 210  
 Duxit Athenaeus, quot uiribus addit Achilles.  
 Amphimachusque ferox et Thalpius, Elide nati,  
 Et clara uirtute Polyxenus atque Dioces.  
 Hi bis uicenas onerarunt milite naues.  
 Protesilaus agit totidem fortisque Podarces 215  
 Iustructas puppes, quot duxit Oileos Ajax.  
 Et septem Poeante satus dat in arma carinas.  
 Quem sequitur iuxta Podalirius atque Machaon,  
 Altaque ter denis sulcarunt aequora proris.  
 His ducibus Graiae Troiana ad litora puppes 220  
 Bis septem uenere minus quam mille ducentae.  
 Iamque citam appulerant classem camposque tenebant,  
 Cum pater ad Priamum mittit Saturnius Irim,  
 Quae doceat fortes uenisse ad bella Pelasgos.  
 Nec mora: continuo iussu capit arma parentis 225  
 Priamides Hector totamque in praelia pubem  
 Festinare iubet portisque agit agmen apertis.  
 Cui fulgens auro cassis iuuenile tegebat  
 Omni parte caput, munibat pectora thorax,

210 legente **E** | Menestheus *Bondamus*: menetes **EM** moenetes **L** menetis **V** monetis *ceteri* || 211 quot *Schraderus*: quos **O** | addit *Wernsdorffius*: ambit **O** || 212 Amphimachus; **EM** | et *om.* **E**, *ras. in L* (*suprascr. atq.*) | Thalpius *Bondamus*: alpius **M** alpinus **EFLV** alpinor **N** alpinus **B** | eolide **E** || 214 ornarunt **M** | naues **E**; puppes *ceteri* (**E m. 2** *suprascr.*) || 215 Prothes. **E** | podarces **EM** || 216 Iustructas *in Sex* duxit *corr. m. 2* **E** | quot *Schraderus*: quod **M** quos *ceteri* (quos duxit | septem quos **E m. 2**) | Oileos *Schraderus*: oileus **BLNV** oleius **E** oleius **F** olenius **M** || 217 ≡ peante **L**: photonte **E** phetonte **N** phoetante **F** ferante **B** (*Poeante*-sequitur *om.* **MV**) | dat in a. carinas **E**: tulit a. carinis *ceteri omnes* || 218 polidarius *codd. praeter* **EL** | machaon **EL**: met(h)eon **BFV** mecheon **M** metonta **N** || 220 littora *codd. praeter* **BN** || 221 septem **E** || 222 citam—classem **EL**: cite-classes *ceteri* (citi **V** cito **M**); *ceterum totum uersum spurium censet L. Muellerus, ego grauius corruptum putans sic fere reuincereim*: iam sese extulerant castris || 223 Cum **O** (**C in V** *ex corr.*): Tum **M** 224 exisse *Schenkelius* || 226 Primiades **E** || 228 Qui **E**, *corr. m. 2* ||

Et clipeus laeuam, dextram decorauerat hasta 230  
 Ornabatque latus mucro; simul alta nitentes  
 Crura tegunt ocreae, quales decet Hectoris esse.  
 Hunc sequitur forma melior nec fortis in armis  
 Belli causa Paris, patriae funesta ruina;  
 Deiphobusque Helenusque simul fortisque Polites, 235  
 Et sacer Aeneas, Veneris certissima proles,  
 Archilochusque Acamasque ferox Antenore creti.  
 Nec non et proles generosa Lycaonis ibat  
 Pandarus et magnae Glaucus uirtutis in armis;  
 Amphiusque et Adrastus et Asius atque Pylaeus. 240  
 Ibat et Amphimachus Nastesque, insignis uterque,  
 Magnanimique duces Hodiusque et Epistrophus ingens  
 Euphemusque ferox clarusque aetate Pyraechmes;  
 Cum quibus et Mesthles atque Antiphus et bonus armis  
 Hippothousque Acamasque iuere et Pirous una, 245

230 laeuam clipeus *uulgo* || 233 nec (= nec tamen) *scripsi*: tunc, *suprascr. m. 1* non, **E** tunc *ceteri* (*nisi quod in L quid m. 2 restituerit* [qā = quam?] *quidque deleuerit non ita claret*) | fortibus armis *Kootenus* || 235 Deiphebus; (*Deif.*) **O**, *nisi quod que om.* **FMN** || 236 eō = tissima (*ō e corr.*) **B** gratissima **S** || 237 Archilocus; **BLMV** (*et om. que F*) -lomsq; **N** | achamasq; **O** | creti **FL**, *supra ras. m. 1* **E**, *in ras. V*, *suprascr. M*: nati **BMN** || 240 Amphiusque *Bondamus*: Amphionq; **O** (*q; om. N*; *Anph. F Anf. L*) | et *addidi: om.* **O** | adrastus; **FLMN** | ausius **MNV** ansius **F** | Pylaeus *Bondamus*: ephialtes **O** (ialtes **N** ≡ ≡ altes, *epi supra ras., L*) || 241 Ibat et **BL**: Ibant **MNV** Ibat **F** Ibant et **E** | amphimachus **BFMN** amphimachus **V** | Nastesque *Bondamus*: nactesq; **E** nactisq; **L** natusq; **BM** naucius **N** naciussq; **F** nautiusq; **V** || 242 Hodiusque *Bondamus*: rodiusq; **O** (*q; om. FMN, supra lin. m. 1* **L**) | epistrophus **B**: epistropus **O** (-peius **E**, -fus, *sed f ex corr. L*) || 243 Euphimusq; **O** (*Enf. L Eph. B Euphym. E*) | piragmes **O** (*pyr. E, -nes M*), *corr. Bondamus* || 244 Mesthles *Bondamus*: nesteus **O** (mnesteus **E** mesteus **F** *et, ut uid., L m. 1* nestes **M** menesteus **N**) | antiphus *codd. praeter* **BE** || 245 Hippothous *Kootenus*: Ippodeus **FV** *et (e supra lin. m. 1)* **L** Ipodus **N** Ipotens **M** Ipodos **E**, *quod in -domus corr. m. 2*, Ipodomus **B** | -que *ego*: atq; (*q; supra lin. L*) **O** | Acamasque iuere *ego*: athamas (atamas **BE**) uenere **O**, *sed uete V, ne (e ex corr.) ≡ ≡ (nere m. 1 supra ras.) L, ur̄te ex corr. B* | et *Wernsdorffius: om. O* | Pirous

Alcinooque sati Chromiusque atque Ennomus, ambo  
 Florentes aetate uiri, quos Phorcus et ingens  
 Ascanius sequitur, simul et Iouis inclita proles  
 Sarpedon claraque satus tellure Pylaemen.  
 His se defendit ducibus Neptunia Troia, 250  
 Uicissetque dolos Danaum, ni fata fuissent.

Iamque duae stabant acies fulgentibus armis, III  
 Cum Paris, exitium Troiae funestaque flamma,  
 Armatum aduerso Menelaum ex agmine cernit  
 Seque uelut uiso perterritus angue recepit 255  
 Ad socios amens; quem postquam turpiter Hector  
 Confusum terrore uidet, 'o dedecus' inquit  
 'Aeternum patriae generisque infamia nostri,  
 Terga refers? at non dubitabas hospitis olim  
 Expugnare toros, cuius nunc defugis arma 260  
 Uimque times! ubi sunt artes, ubi cognita nobis  
 Ludorum quondam uario in certamine mens est?  
 Hic animos ostende tuos: nihil adiuvat arma

*idem:* poyorus B piercus FNV pigoreus E (i supra alt. c m. 2) M pierius (utraque i ex corr.) L || 246 Alcinooque amicus Kooteni: Axinonoq; O (Ixinoneq; sed I et e ex corr. m. 2 L Anxionoq; N Anxionoq; M Axionoq; F Hesione B) | cromiusq; N: croniusq; O | atque Kooteni amicus: et O | eunomus O (euomonus E, -nius M, -nus B, n in d corr. m. 2 L) || 247 phorcus (fortis suprascr. m. 2) E: forcus ceteri (fortis V mg.) || 249 Pylaemen scripsi: chorebus O (borelus E m. 2 suprascr.) Coroebus uulgo; sed neque hic ab Homero commemoratur et Pylacmenes iam solus restat non nominatus; inuenerere illum librarii ex Vergilio; Pylaemen mutato paululum nomine, ut supra Chromius pro Chromis || 251 Uicissentq; EL | ni O: nisi L solus || Lib. III fere codd. (om. MN) || 253 Cum EL (in hoc C fortasse ex corr.): Dum ceteri | excidium O: excidium (sic M) m. 1 in excidium corr. E || 257 uidet (i supra e m. 2) E | o O (≡ o L): pro uulgo || 260 n (suprascr. m. 1 nē) E || 261 artes Schenkelius: uires O (ortum e priore Uimque) || 262 uario in certamine E: uaria in certamina ceteri omnes | mens (mīs) est scripsi: uis est O uirtus s Higtius || 263 nil B | arma uulgo: armas L (qui tuo habet, ut s primitus ad hanc uocem possit pertinuisse) armis E ceterique

Nobilitas formae: duro Mars milite gaudet.  
 Dum iaceas in amore tuo, nos bella geremus 265  
 Scilicet et nostrum fundemus in hoste cruorem!  
 Aequius aduersis tecum concurret in armis  
 Impiger Atrides: spectet Danaumque Phrygamque  
 Depositis populus telis, uos foedere iuncto  
 Aduersas conferte manus, decernite ferro.' 270  
 Dixit. quem contra paucis Priameius heros  
 'Quid nimis indignis' inquit 'me uocibus urges,  
 O patriae, germane, decus? nam nec mihi coniunx  
 Priuaque luxuria est potior uirtutis honore;  
 Nec uires temptare uiri dextramque recuso, 275  
 Dummodo uictorem coniunx cum pace sequatur.'  
 Dicta refert Hector; placuit sententia Grai.  
 Protinus accitur Priamus, sacrisque peractis  
 Foedera iunguntur; post haec decedit uterque  
 Depositis populus telis, campusque patescit. 280  
 Interea toto procedit ab agmine Troum  
 Pulcher Alexander, clipeoque insignis et hasta,  
 Quem contra paribus fulgens Menelaus in armis  
 Constitit et 'tecum mihi sint certamina' dixit;  
 'Nec longum nostra laetabere coniuge, quae te 285  
 Mox raptum ire gemet, tantummodo Iuppiter adsit.'  
 Dixit et aduersum se concitat acer in hostem.

267 concurreret B: concurrat O || 269 populos E || 270 Aduersi F | et cernite Higtius || post 270 L ngo m. 1 (sic) adicit Quis uestrum melius sit tanta coniuge dignus, quod num recipiendum sit delibera, illo melius apte mutato; in E m. 2 hoc additur uestram nunc elenam sumat quis rectius ipsam, quod paulum transformatum abiit in editiones pessime || 271 quem O (uē supra ras. L): quae uulgo || 273 coniux codd. praeter E (ut et 276) || 274 Priuaque Wakkerus: Paruaque O (Par ≡ uaq; B) Prauaque Kootenus Pronaque uulgo || 278 accitur EL: accitus ceteri || 279 hoc L | decedit Brantsma: descendit FLV descendit in discedit m. 1 corr. E discedit BMN || 281 num amoto? || 284 sint BMN: sunt EFV, et (u ex corr.) L || 286 raptum ire gemet scripsi: rapuit regem et O (regem: B regem ≡ L) quam te mox rapuisse gemes Wakkerus | modo ex mihi, ut uid., corr. L

Ille uirum forti uementem reppulit ictu  
 Seque gradu celeri recipit longeque frementem  
 Hastam deinde iacit, quam deuitauit Atrides. 290  
 Inque uicem misso fixisset corpora telo  
 Praedonis Phrygii, ni uastum ferrea pectus  
 Texisset lorica uiri septemplice tergo.  
 Insequitur iuxta clamor; tum aduersus uterque  
 Constitit et galeam galea terit et pede plantam 295  
 Coniungit, stridetque mucro mucrone corusco.  
 [Corpus collectum tegitur fulgentibus armis.]  
 Non aliter fortes nitida de coniuge tauri  
 Bella gerunt uastisque replent mugitibus auras.  
 Utque diu rigido captabant corpora ferro, 300  
 Tum memor Atrides raptae sibi coniugis instat  
 Dardaniumque premit iuuenem mōx ense rigente;  
 Cedentemque retro dum desuper appetit hostem,  
 Splendidus extremas galeae percussus ad oras  
 Dissiluit mucro; gemuerunt agmina Graium. 305  
 Tum uero ardescit, quamuis manus ense carebat,  
 Et iuuenem arrepta prosternit casside uictor  
 Ad sociosque trahit; et ni caligine caeca

289 uementem *L. Muellerus*: uenientem *O* || 292 tinxisset (fix  
*m. 2 suprascr.*) *E* flex. *N* | ferro *B* || 293 ni *O*: nisi *V* ni, *suprascr.*  
*m. 1* si, *L* | uasti f. pectus achiui *E* || 294 tunc uersus *V* (*E m. 2*) ||  
 295 galea galeam *E* galeam terit galea *MN* || 296 Contingit  
*m. 2 corr.* *L* Contingens *ex corr.* *B* | stridetque] q; *supra lin.*  
*m. 1 E*, *om. L* || 297 spurium seclausit *L. Muellerus* || 298 de]  
 pro *MN* || 299 auram *E* || 300 Utque *Hoeufftius*: Atque *O* lamque  
*Kootenus* (qui et captarant) | rimabant *MN*; num recte (cf. 456)?  
 corpora *O*: pectora *L. Muellerus* || 301 Tum *E*: Cum *ceteri*  
 302 rigente, *ita O* || 303 Cedentemque *scripsi*: Cedentem *O*  
 304 percussit *FLV* || 305 Dissiluit *B*, *et ita m. 1 ex Diss. corr. E*,  
 Dissiluit *MN* || 306 Tum *O*: Tum *m. 2 in Tunc corr. E* || 308 socios-  
 que trahit et ni *scripsi*: sociosq; nisi traeret *B* socios tra(h)eretq;  
 nisi *ceteri* (nisi in *E*) sociosque trahit; quem ni *Kootenus* (quod  
 ni *L. Muellerus*) socios trahit et nisi tum *Wernsdorfius. de*  
*producta in trahit ultima cf. 257 et 966*

Texisset Cytherea uirum subiectaque mento  
 Fortia rupisset laxatis uincula nodis, 310  
 Ultimus ille dies Paridi foret. abstrahit auro  
 Fulgentem galeam secum Menelaus et ardens  
 In medios mittit proceres rursumque recurrit  
 Et magnam ualidis contorsit uiribus hastam  
 In cladem Phrygii, sua quem Uenus eripit hosti 315  
 Et secum in thalamos defert testudine cultos.  
 Ipsa dehinc Helenam muris arcessit ab altis  
 Dardanioque suos Paridi deducit amores.  
 Quem tali postquam conspexit uoce locuta est  
 Uenisti, mea flamma, Paris, superatus ab armis 320  
 Coniugis antiqui? uidi puduitque uidere,  
 Arreptum cum te traheret uiolentus Atrides  
 Iiacoque tuos foedaret puluere erines.  
 Nostraque (me miseram!) timui ne Doricus ensis  
 Oscula dissiceret; toto mihi mente reuincta 325  
 Fugerat ore color, sanguisque reliquerat artus.  
 Quis tibi cum saeuo contendere suasit Atrida?  
 An nondum uaga fama tuas peruenit ad aures  
 De uirtute uiri? moneo, ne rursus inique  
 Illius tua fata uelis committere dextrae. 330

309 cytharea *EL* citarea (a *ex e*) *B* citharea *N* cytharia *M* |  
 uirū *ex uiri L* || 314 contorsit *E* || 315 frigiū *BL* (i. ult. *ex corr.*) *V*:  
 frigiū *ceteri* (in *E i m. 1 supra e*) | quem eripuit *MN* | arripit  
*BV* || 316 *Ac V Ad F* | cultos *S*: custos *FV* comptos *MN* tutos  
 (tectos *m. 2*) *E* tectos *supra ras.* *B* = = = tos (cinc *m. 2 supra-*  
*scr.*) *L* tectum *ego conieci* || 317 arcessit *E* accersit *BV* || 319 Que  
*B, L ut uid.*; malim Quae || 320 an o mea? || 324 me *supra lin.*  
*m. 2 L* || 325 dissiceret *scripsi*: disuiceret *E* discideret *FV* diui-  
 deret *MN* dis = = = ceret (cu *m. 1 suprascr.*) *L* discuteret *B* |  
 toto *EL*: totus *ceteri* (et totus *M*, mihi *omittens*, ut et *N*) | re-  
 uincta *scripsi*: relictā *O e u. sequenti*; relictāe *A. de Rooy male* ||  
 326 calor *MN*, *et ita ex color m. 1 corr. E* || 327 contendere  
 suasit *L*: suasit contendere *E* contendere iussit *ceteri* | atride (a  
*m. 1 supra e*) *E* || 328 An *E m. 2*, *B*: Aut *ceteri* (= *t E*) | fama  
 uaga *E*, quod signis *appos. corr. m. 1* || 329 inique *ELN*: in-  
 iquae *ceteri*, nisi fallor

Dixit, tum largis perfudit fletibus ora.  
 Tristis Alexander 'non me superavit Atrides,  
 O meus ardor' ait, 'sed castae Palladis ira.  
 Mox illum nostris succumbere turpiter armis  
 Aspicias, aderitque meo Cytherea labori.' 335  
 Post haec amplexu per mutua corpora iuncto  
 Incubuit membris Cygneidos; illa soluto  
 Accepit flammis gremio Troiaequae suasque.  
 Interea toto Menelaus in agmine Troum  
 Quaerit Alexandrum uictorque huc fertur et illuc. 340  
 Quem frater socias acuens in bella cateruas  
 Adiuuat et forti pulsos Phrygas increpat ore  
 Seruarique iubet leges Helenamque reposcit.

Cumque inter sese proceres certamen haberent, **III**  
 Concilium omnipotens habuit regnator Olympi, 345  
 Foederaque intento turbauit Pandarus arcu,  
 Te, Menelae, petens; laterique uolatile telum  
 Incidit et tunicam ferro squamisque rigentem  
 Dissecat: excedit pugna tremebundus Atrides  
 Castraque tuta petit; quem doctus ab arte paterna 350  
 Paeoniis curat inuenis Podalirius herbis;  
 Atque iterum in caedes horrendaque praelia uisit.

331 Dixit tum **O**: Dixerat et *uulgo* | perfudit **BE**: perfundit  
**FL** profundens **MNV** || 333 caste **B**, et (s ex u m. 1 corr.) **L**:  
 cau<sup>te</sup> **E** caut(u)e *ceteri* | commodis, m. 2 *suprascr.* palladis,  
**L** || 335 Aspiceres **M**, **N** m. 1 | cytharea (cith.) **ELMN** || 336 am-  
 plexu **BL** (**E** m. 2): amplexus **EFV** (-xis **M** -sus, s *ult. eras.*, **N**) |  
 pectora *Higtius* | iuncto **E** m. 2: iunctis **O** (-ti<sup>≡</sup> **L**) || 337 In-  
 cubit **MN** | cygneidos (*suprascr.* m. 1 cineidus) **E** cineidos  
**BMNV** cyneidus **F** cycneidos (cneid m. 2 *in ras.*) **L** || 341 Cui **L** ||  
 342 friges (phryges, phryges) **O** || Lib. III *ferē* **O** (*om.* **MN**) ||  
 344 Cumq; **LMN**: Dumque *ceteri* || 345 Concilium **L**, et (s *supra*  
 e m. 2) **E**: Consilium *ceteri* (-mq; **MN**) || *num post 345 nonnulla*  
*interciderunt?* || 346 pindarus **MN** || 347 telum **L** (**E** m. 2 *suprascr.*):  
 ferrum *ceteri* || 348 suamisq; **E** || 349 Discidit **F**; *num dissicit?* |  
 tremeb. **EMN**: gemeb. *ceteri* || 351 Peoniis **O** (<sup>≡</sup> eoniis **L**): Poe-  
 nais **B** Poenis **V** || 352 incedens **E** | uisit *scripsi*: uictor **ELFV**,

Armauit fortes Agamemnonis ira Pelasgos,  
 Et dolor in pugnam cunctos communis agebat.  
 Bellum ingens oritur, multumque utrimque cruoris 355  
 Funditur et totis sternuntur corpora campis;  
 Inque uicem Troumque cadunt Danaumque cateruae.  
 Nec requies datur ulla uiris; sonat undique Mauors,  
 Telorumque uolant cunctis e partibus imbres.  
 Occidit Antilochi rigido demersus ad umbras 360  
 Ense Thalysiades optataque lumina linquit.  
 Inde manu forti Graiorum terga prementem  
 Occupat Anthemione satum Telamonius Aiax  
 Et praedurato transfixit pectora telo:  
 Purpuream uomit ille animam, cum sanguine misso 365  
 Ora rigat moriens. tum magnis Antiphus hastam  
 Uiribus aduersum conisis corpore toto  
 Torquet in Aiace: telum derrauit ab hoste  
 Inque hostem cecidit transfixitque inguine Leucon:  
 Concidit infelix prostratus uulnere tristi 370

misit **E** m. 2 *suprascr.* et **F** *mgo*, uenit **MN** mitit illum **B** mit-  
 tit *edd. ant.* || 353 fortesq; **MN** || 355 utrimq; **O** (uirumq; **FNV**)  
 || 180 *sq.* || 355 utrimq; et **E** et **L** *ex corr.*: utrumq; **O** (uirumq; **FNV**)  
 hinc illincque *Gesta Bereng.* || 357 danaumq; cadunt troumque;  
**MN** || 358 mauors *in bellum corr.* **E** || 359 cunctis e **O**: ex cunctis  
**MN** || 360 habent **E** m. 1 *in marg. add.*, **MN**: *om. ceteri* | anti-  
 loc(h)us **EMN**, *corr. Bondamus* | demersus **MN**: dimersus **E** de-  
 missus *uulgo* | ad **E**: in **MN** || 361 *om.* **B** | thalestiades (-dis m. 2)  
**E** talesiades **MN** thales ita des **FV** cadit sitades (cadit s *in ras.*  
 m. 2) **L**; *corr. Bondamus* || 363 Anthemione *Bondamus*: amphione  
**BEMN** amphy<sup>≡≡</sup>one **L** amphibione **FV** | thelam. **E** thalam **L** ||  
 364 corpora **MN** | tela **E** ferro **B** || 365 cum s. misso *scripsi*:  
 cum s. mixtam **O**; u. *ex Aen.* IX 349 *interpolatum putat*  
*Schenkelius* tum s. multo **L**. *Muellerus* || 366 tunc **FV** | maxi-  
 mus **E** || 367 *om.* **E**, *add. mg. m. 2* | aduersum **B** et (u *ult. ex*  
*corr.*) **L**: aduersam **O** | conatus **O**, *corr. Wernsdorfius* | pectore  
**E** m. 2 || 368 aiace **EL**: eacide *ceteri* | telum derrauit *scripsi*:  
 telumq; errauit **O** || 369 transfixitque *ego*: transfixit in **MN** et  
 (in *supra lin.*) **V** transfixit et (*mgo* uel in) **F** cadit cinctus in  
**E** cadit ictus in **L** tunc ictus **B** (**E** m. 2) namque ictus — Leucus  
*Schraderus* | laucō **B** leuchon **E** || 370 tristi **MN**: forti *ceteri*

Et carpit uirides moribundus dentibus herbas.  
 Impiger Atrides casu commotus amici  
 Democoonta petit teloque aduersa trabali  
 Tempora transadigit uaginaque horridus ensem  
 Eripit; ille suis moriens resupinus in armis  
 Concidit et terram moribundo uertice pulsat. 375  
 Iamque Amaryneiden saxi deiecerat ictu  
 Pirous Imbrasides dederatque silentibus umbris;  
 Dumque audis praedae iuuenem spoliare parabat,  
 Desuper hasta uenit dextra librata Thoantis, 380  
 Perque uiri scapulas annosaque pectora transit.  
 In uultus ruit ille suos calidumque cruorem  
 Ore nomit stratusque super sua palpitat arma.  
 Sanguine Dardanii manabant undique campi,  
 Manabant amnes passim; pugnatur ubique 385  
 [Inmixtis ardens amborum exercitus armis]  
 Et modo Troianis uirtus, modo crescit Achiuis,  
 Laetaque per uarios petitur uictoria casus.

Hic postquam Danaum longe cedentia uidit . . . V

371 cf. *Gesta Ber.* II 213 | moribundis *Higtius* || 372 *Atridae*  
*loco cum Ulixem nominet Homerus.* Hinc *Laertiades Bondamus*  
 Imp. *Aeolides Higtius* Imp. ast *Ithacus Weytinghius coniecere* ||  
 373 *Democoonta Bondamus: Demophonta O* (-phoonta *EV* -phota  
**B**) || 374 *Tempora O, corr. E m. 2* | *transadigit L: transadiit*  
**B F V** transegit *M N* (*hic e ex corr.*) et (*egit in ras.*) *E* | *uaginaq;*  
 et *F* uagina et *V* || 376 *moribundo Dussenus: moribundus O*  
*gemibundus S* || 377 *Iamque Amaryneiden Schraderus: Inq; mare*  
*egeum O* (*Inmanē egeum M N, itaque corr. L m. 2*) || 378 *Pirous*  
*Schraderus: Impiger O* | *imb = asides L: umbratides (s supra t)*  
*E umbrasides F V umbrisiles N imbrisiles M, rasura in B* | *um-*  
*bras (i supra a) E* || 380 *uibr. E m. 2* || 381 *pannosa M per annosa*  
*N; animosaque S* | *tempora M N tempora B* || 383 *Euomit ore L*  
*m. 1* || 384 *dardanei EMN dardanai L m. 1 V* | *madescunt M N*  
 385 *pugnatur O: pugna = (bat supra ras.) L pugnabat B*  
 386 *uncis seclusi* (*Amb. inm. ard. M Inmixtus amb. ard. N;*  
*ardet V, F mgo*) || 387 *traianis E* | *modo uirtus M N* || *Lib. V fere*  
*O (om. M)* || 389 *Sic L (corr. m. 2) N*

Agmina Tydides tumidumque increescere Martem, 390  
 In medias acies, qua plurimus imminet hostis,  
 Inruit et uersas prosternit caede phalanges:  
 Huc illuc ensemque ferox hastamque coruscat.  
 Bellica Pallas adest flagrantiaque ignibus arma  
 Adiuuat atque animos iuueni uiresque ministrat. 395  
 Atque boum ueluti uiso grege saeua leaena,  
 Quam stimulat ieiuna fames, ruit agmina contra  
 Et prostrata necat uesano corpora dente:  
 Sic ruit in medios hostes Calydonius heros,  
 Virginis armigerae monitis et numine tutus. 400  
 Conuersi dant terga Phryges; fugientibus ille  
 Instat et exstructos morientum calcat aceruos.  
 Dumque furit sternitque uiros, uidet ecce Daretis  
 Aduerso stantes fremibundus in agmine natos,  
 Phegeaque Idaeumque simul; quem cuspide Phegeus 405  
 Occupat ante graui, sed uulnera depulit umbo,  
 Uitatumque solo ferrum stetit: haut mora, totis  
 Ingentem torquet Tydides uiribus hastam  
 Transadigitque uiri pectus; pars cuspidis ante  
 Eminet, et prodit scapulis pars altera fossis. 410

390 *titides ELM (ut saepius abhinc)* | *mortem E, corr. m. 2* ||  
 391 *hostis M N* || 393 *ferox tunc ense (f. ense q N) coruscat et*  
*asta M N* (*enseq; f. astaque F ex corr. erasis uirgulis*) | *cruentat*  
*E m. 2* || 394 *fraglantiaq; (r supra l m. 2) E* || 396 *Atque scripsi:*  
*Ille O* (≡ *lleboum N Elleborum M*) *Inde Kootenus* || 397 *furit*  
*Arntzenius* || 400 *tecmine tutus (supraser. † numine diue) F* ||  
 402 *exstructos E extractos B V: constructos (ex m. 2 supra con)*  
*L instructos FMN* || 403 *furit O: ferit S* | *Daretis Bondamus: da-*  
*nitis O (-t = N doanus E m. 2 add. doantis B, erasum in L)* ||  
 404 *Aduersos F* | *fremibundus scripsi: furibundus O (e u. priore*  
*corruptum)* || 405 *Phegeaque Higtius: Pregelum BE Praege = um*  
*L Pregelum V Pregelumq; F = egeumq; N Egeumq; M | ideumq;*  
*(yd. E) codd.* | *Phegeus Schraderus et Higtius: praiceps O* ||  
 406 *grauis E et (erasa supra i uirgula s indicanti) L: grauis*  
*ceteri* || 407 *Uibratumq; E m. 2* | *stat E, corr. m. 2* || 409 *Trans-*  
*adigitq; L (B ita ut g erasa sit): Transadiitq; E F V Transaegitq;*  
*(e m. 2 in ras.) N Transegitq; M* || 410 *Inminet L = minet (Im*  
*m. 2 supra ras.) E Inm. F V* | *prodiit E* | *fossos E, corr. m. 2*



Hunc ubi fundentem calidum de pectore flumen  
 Uersantemque oculos animamque per ora uomentem  
 Conspexit frater, stricto celer aduolat ense  
 Germanique cupit fatorum existere uindex,  
 Sed neque uim saeui nec fortia sustinet arma 415  
 Tydidæ contraque tamen defendere temptat.  
 Ut uolueris, derepta sui cum corpora nati  
 Accipitrem laniare uidet nec tendere contra  
 Auxilium nec ferre suo ualet anxia nato,  
 Quodque potest, leuibus plangit sua pectora pennis: 420  
 Sic hostem Idaeus germani caede superbum  
 Spectat atrox miseroque nequit succurrere fratri;  
 Et nisi cessisset, dextra cecidisset eadem.  
 Nec minus in Teucros armis furit alter Atrides 425  
 Insequiturque acies et ferro funera miscet.  
 Obuius huic fatis occurrit ductus iniquis  
 Infelix Hodius, quem uastae cuspidis ictu  
 Sternit et ingenti scapulas transuerberat hasta.  
 Hinc ferit Idomeneus aduersa parte ruentem  
 Maeoniden Phaestum; cuius post funera Atrides 430  
 E Strophio genitum Stygias demittit ad umbras.

411 de corpore **MN** || 414 capit (cupit *m. 1* *suprascr.* **E** | uictor **F** || 417 uoluer **O** (ut *cris supra cer m. 2* **E**) | derepta **Wernsdorffius**: decepta **BFV** decerpta **MN** de  $\equiv$  ta (p *in ras.*, ut *uid.*, *corp m. 2 supra ras.*) **L** discerta (*m. 2 in decerpta corr.*) **E** discerpta **Barthius** | corpora **O**: uiscera *uulgo* || 419 neque **EFLV** || 420 plaudit **FL** (sua pulsat pectora **MN**) || 421 ydens (u *supra n*) **E** || 423 ni *m. 1 in nisi corr.* **E** ni **BFV** || 425 alter (u *supra n*) **E** ater (*mg. acer*) **E** ater *supra lin. add. m. 1* **L** ita ut iterum | *supra at sit addita* || 427 Hodius **Bondamus**: rodus **O** || 428 ingentes **B** | transfixerat **E m. 2** || 429 ferit **Schraderus**: petit **O** | ydomeneū **E** idomeū (ne *m. 2 supra meū*) **L** idomeneū (-ou **M**) **MN** idoneū **V** idoneū ex **B** || 430 Maeoniden Phaestum **Schraderus**: Meridione satum **EFV** Me  $\equiv$  one  $\equiv$  satum (e sat *ex corr.*) **L** Merione satum **B** et (satus) **MN** | pro funere **BFV** | Atrides **Schraderus** et **Higtius**: lactus **O** || 431 Estrepio **O** (Estripio **MN** Et strepio **B**), *corr. Schraderus (nisi quod Et Str.)* | dimittit **O** (dimisit **E m. 2**)

Meriones Phereclum uibrata perculit hasta,  
 Pedaeumque Meges; tum uastis horridus armis  
 Eurypylus gladio metuentem Hypsenora fundit 435  
 Et pariter uita iuuenem spoliauit et armis.  
 Parte alia uolitat sinuoso Pandarus arcu  
 Tydidenque oculis immensa per agmina quaerit.  
 Quem postquam Troum sternentem corpora uidit,  
 Horrida contento derexit spicula cornu 440  
 Et summas humeri destrinxit acumine partes.  
 Tum uero ardescit iuuenis Calydonius ira  
 In mediasque acies animosi more leonis  
 Fertur et Astynoum magnumque in Hypirona tendit:  
 Cominus hunc gladio, iaculo ferit eminus illum. 445  
 Inde premit Polydon Abantaque cuspide forti  
 Et notum bello Xanthum uastumque Thoonem.  
 Post hos infestos Chromiumque et Echemona telo

432 Merionis puerum **O**, *corr. Schraderus* | uibrata perculit *idem*: librata percūtīt **O** || 433 Pedaeumque Meges **Schraderus**: Pregeumq; megestus **O** (Perg. **MN** Pregneū quoq; mestus **V** megestus, e *supra tu*, **L**) | tum uastis **L. Muellerus**: uastis **E** uastisque *ceteri*, unde uastis atque *conici* | horridus **E m. 2** || 434 Euripilus **E** (o *supra alt. i*) **FV** Euripilus **L** Euriphilus **MN** -pides **B** | metuentem *scripsi*: uetuentem **MN** uenientem **BL** (**E m. 2**) uehementem **EFV** fugientem **Higtius** uementem **L. Muellerus** | Hypsenora **Bondamus**: (h)erpedona **O** (herp *ceteris crasis et enora m. 2 suprascr.* **L** elpenora *m. 2* **E**) | fundit **BEMN** | 435 iuuenem uita **BFV** || 436 uolitant **E**, *corr. m. 1* | pindarus **EMN** || 438 uibit (d *supra b*) **E** || 439 direxit **O**, *correci* || 440 distinxit **O** (-git **FLV**, -guit **E m. 1 suprascr.**), *corr. Higtius* | arundine **B** || 441 Tum **O**: Tunc *uulgo* || 442 medias (*om. que*) **EFL m. 1 V** | forte (*suprascr. m. 1 more*) **E** || 443 Astynoum **Bondamus**: astronium **O** (-naum **L** astranomū **F**) | in **L. Muellerus**: *om.* **O** | Hypirona **Bondamus**: hypenora **E** (el *m. 2 supra hy*) hyponora **L** hipenora **F** alpenora **MN** iponora **B** erpenora **V** | tendit **L. Muellerus**: fundit **O** || 444 Cominus **O** (ut *et infra*) || 445 polidona **O** (pal. **E m. 2**), *corr. Bondamus* || 446 t(h)oantum **O** (-tem **E m. 2 MN**), *corr. idem* || 447 croniumq; **BEV** cronumq; **L** cordiumq; **M** cormumq; **N** cornumq; **F** | et stemona **O**, *corr. Bondamus utrumque*

Proturbat celeri pariterque ad Tartara mittit.  
 Tu quoque Tydidæ prostratus, Pandare, dextra  
 Occidis, infelix, accepto uulnere tristi, 450  
 Dextera qua naris fronti coniungitur imae.  
 Dissipat et cerebrum galeae cum parte reuulsum  
 Ossaque confossi spargit Tydeius ensis.  
 Iamque manum Aeneas simul et Calydonius heros  
 Contulerant iactisque inter se cominus hastis 455  
 Undique rimabant inimico corpora ferro  
 Et modo cedebant retro, modo deinde coibant.  
 Postquam utrique diu steterant nec uulnera magnus  
 Qua daret infesto Tydides ense uidebat,  
 Saxum ingens, medio quod forte iacebat in agro, 460  
 Bis seni quod uix iuuenes tellure mouerent,  
 Sustulit et magno conamine misit in hostem.  
 Ille ruit prostratus humi cum fortibus armis;  
 Quem Uenus aethereas genetrix delapsa per auras  
 Excipit et nigra corpus caligine textit. 465  
 Non tulit Oenides animas, nebulasque per ipsas  
 Fertur et in Venerem flagrantibus irruit armis  
 Et neque quem demens ferro petat, inspicit ante

448 Perturbat **E m. 2**, **BFV** || 449 pindare **E** (*corr. m. 1*)  
**MN** pandere **LV** || 451 Dextera **BE**: Dexta (*er m. 2 suprascr.*)  
**L** Dextra *ceteri* || 453 confossi **B**, et **L** ita ut *i ex corr. m. 2*  
*sit: confossa* **O** | Tydeius *Heinsius*: titideus **O** (*tytidius in tydeus*  
*m. 2 corr.* **E** tytydius, *i ex corr.*, **L**) || 454 Iamque | Tunc **E**  
*m. 2 suprascr.* Tuncq; **B** Tuncq; **V** || 455 iactisque *Kootenus*:  
**BEF** | steterat **E** || 459 infesta **MN** || 461 mouerent **S**: mouebant  
**O** leuarent **B** (*L m. 2 suprascr.*) || 462 conamine | *nonne conisū*  
*restituendum (ut et Ouid. met. III 60) ?* || 463 humi **E**: humo  
*ceteri* (**E m. 1 suprascr.**) || 464 aetherias **L** | genetrix **O** |  
 dilapsa **BE** (*in hoc corr. m. 2*) || 465 Accipit **O**, *corr. Hig-*  
*tius* | tegit **MN** condit **V** || 466 Oenides *uulgo*: eonides **O** (*g = nides,*  
*n ex corr.*, **L** c lides **B** titides **N**) | animos **V** animo **S** (*s eras.*)  
**B** animo **MN** || 468 Et **BLN**: Sed *ceteri* (*Nec quoque* **V**) | ante **L**  
*ita ut te sit ex corr.* hostem **B** (**E m. 2 corr. suprascr.**) armis  
**F** (**M suprascr.**) aruis **V**

Caelestemque manum mortali uulnerat hasta.  
 Icta petit caelum terris Cytherea relictis 470  
 Atque ibi sidereae queritur sua uulnera matri.  
 Dardanium Aenean seruat Troianus Apollo  
 Accenditque animos iterumque ad bella reducit.  
 Undique consurgunt acies et puluere caelum  
 Conditur horrendisque sonat clamoribus aether. 475  
 Hic alius rapido deiectus in aequora curru  
 Proteritur pedibusque simul calcatur equorum;  
 Atque alius uoluceri traiectus pectora telo  
 Quadrupedis tergo pronus ruit; illius ense  
 Deiectum longe caput a ceruice cucurrit; 480  
 Hic iacet exanimis fuso super arma cerebro:  
 Sanguine manat humus, campi sudore madescunt.  
 Emicat interea Ueneris pulcherrima proles  
 Densa Graiorum premit agmina nudaque late  
 Terga metit gladio funestaque praelia miscet. 485  
 Nec cessat spes una Phrygum fortissimus Hector  
 Sternere caede uiros atque agmina uertere Graium.  
 Ut lupus in campis pecudes cum uidit apertis,  
 Non actor gregis ipse comes, non horrida terret  
 Turba canum; fremit esuriens et neglegit omnes 490  
 In mediosque greges audius ruit: haut secus Hector  
 Inuadit Danaos et territat ense cruento.

470 citharea **EMN** (*in L prior e ex corr.*) || 471 sidereo —  
 marti **O**, *corr. Higtius* || 472 Dardaniumq; **FMN** (*q; in L erasum*) |  
 eneā **O** || 473 praelia mittit **F** || 474—482 *habent Gesta Bereng.*  
**I** 195—202 || 475 Conditor **E**, *corr. m. 1* || 476 Hic **BL**: Hinc  
**E** Hinc *ceteri* | in aequore cursu **S** *Gesta Bereng.* || 477 Con-  
 teritur **E m. 2** Prostratus **F** | pedibus simul **N** et (*simul et*) **M** |  
 calcatus *Gesta Bereng.* || 478 uoluceri | rapido **MN** | pectora **B**  
 (**L m. 2 suprascr.**): corpora **O** tempora *Gesta Bereng.* || 480 Cor-  
 nipedis *Gesta B.* || 481 Sic **FL** (*corr. m. 2*) **V** || 484 Cunctaq; **F** ||  
 487 atque | simul **F** || 488 uidet **MN** (*in L alt. i ex corr. m. 2*) ||  
 489—91 canum *habent Gesta Bereng.* **II** 163—65 || 489 Nec (*nō*  
*m. 2 suprascr.*) **E** | actor **S**: auctor **O** *Gesta Bereng.* (*pastor E*  
*m. 2; in M u supuncto*) ductor *uulgo* || 490 fremit *Higtius*:  
 premit **O** || 491 fuit **L**

Deficiunt Graiorum acies, Phryges acrius instant  
 Adtolluntque animos: geminat uictoria uires.  
 Ut uidit socios infesto cedere Marti 495  
 Rex Danaum, sublimis equo uolat agmina circum  
 Hortaturque duces animosque in praelia firmat.  
 Mox ipse in medios audax se proripit hostes  
 Oppositasque acies stricto diuerberat ense.  
 Ut Libycus cum forte leo procul agmina uidit 500  
 Laeta boum passim uirides errare per herbas,  
 Adtollit ceruice iubas sitiensque cruoris  
 In mediam erecto contendit pectore turbam:  
 Sic ferus Atrides aduersos fertur in hostes  
 Infestasque Phrygum proturbat cuspide turmas. 505  
 Uirtus clara ducis uires accendit Achiumm,  
 Et spes exacuit languentia militis arma:  
 Panduntur Teuceri, Danaï laetantur ouantes.  
 Tandem hic Aeneas inmisso tendere curru  
 Conspicit Atrides strictoque occurrere ferro 510  
 Comparat et iaculum, quantas furor ipse mouebat,  
 Uiribus intorquet, quod detulit error ab illo  
 Pectus in aurigae stomachoque infigitur alto:  
 Ille ruens ietu media inter lora rotasque  
 Uoluit et uitam calido cum sanguine fundit. 515  
 Ingemit Aeneas curruque animosus ab alto  
 Desilit et ualido Crethonaque cominus ictu

493 Diffugiunt **MN** || 494 Att. *codd. praeter FM* | que om. **BM** ||  
 495 post 487 in **E** ponitur | marti **S**: marte **O** (-te **F**) || 497 animos  
**MN** || 500—504: cf. *Gesta Bereng.* I 207—210 || 505 Infestamq;  
 — turmam **MN**; Infestaque uel Infestasque *Kootenus* | perturbat  
**BV** || 509 enea **O** (eneamq; **E** enea **V**) | inmisso in (= inde)  
 misso **MN** dimisso **V** admisso **E m. 2** | contondere **B** contendere  
**F** | cura **L m. 1** || 511 Apparat **B** Et parat **F** | quantas *Hoeuff-*  
*tius*: quantum **O** (quantus **L m. 2 ex corr.**) quantis *Higtius* |  
 mouebat **BFN** (in hoc n. supra u): mouebat *ceteri* || 512 detulit  
*Schraderus et Higtius*: depulit **O** || 515 fundit *m. 1 ex fudit corr.*  
**E** fudit **MN** || 517 Crethonaque *Higtius*: cretheona **O** (sic *m. 1*  
*ex crethona corr.* **E** caetona, e supra to, **B**)

Orsilochumque ferit, quorum post funera uictus  
 Paphlagonum ductor Menelai concidit armis,  
 Antilochique Mydon; post hos Iouis inclita proles 520  
 Sarpedon subiit funestaque praelia miscet.  
 Quem contra infelix non aequis dimicat armis  
 Tlepolemus magno satus Hercule, sed neque uires  
 Hunc seruare patris nec tot potuere labores,  
 Quin caderet tenuemque daret de corpore uitam. 525  
 Saucius egreditur medio certamine belli  
 Sarpedon, fraudisque subit commentor Ulixes  
 Et septem iuuenum pulcherrima corpora fundit.  
 Hinc pugnat patriae columen Mauortius Hector,  
 Illinc Tydides: sternuntur utrimque uirorum 530  
 Corpora per campos et sanguine prata rigantur;  
 Pugnat bellipotens casta cum Pallade Mauors  
 Ingentemque mouet clipeum, quem sancta uirago  
 Eggit et extrema percussum cuspide caedit

518 Tersilochumq; **O** (Pors. **B** Thers. **L** Thersilochumq; **E**),  
 corr. *Bondamus* | pro funere **BFV** | uictus **B** (sic): uictor **O** ||  
 519 Paphlagonum **B**: Paphlagonem **O** (Plasf. **MN** Paphlagonum **E m.**  
 2 *suprascr.*) | concidit **EFL** (corr. *m. 2*) **V** || 520 Antilochumq;  
 (-chumq; **E**) milon **O**, corr. *Bondamus* || 521 subiit funestaq;  
 funestaq; praelia **L** (bellum corr. *m. 2*) in bella funesta praelia  
**MN** bellumq; & funera praelia **F** bellum funestaq; praelia **V**;  
 apparat glossam in bella additam ad subiit *turbarum fuisse*  
*causam* || 522 Praelia quem contra non equis uiribus audet **E**  
*latius serpente interpolatione* || 523 Str<sup>3</sup>tolomus **B** Sriptolemus  
 (Triptolomus corr. *m. 1*) **E** Striptolopus **F** Striptolemus **L** Trip-  
 tololomus **MN** Triptolemus **V**; corr. *Bondamus* || 525 tenuem q;  
 add. *m. 2*) **E** tenuem daret et **B** || 527 fraudis subiit **E** || 528 fudit  
**EN**=529 Hic **B** | pu. pat. columen **FMNV**: pu. pat. culmen  
**L** pu. pat. lumen **B** pat. pu. lumen (culmen *m. 2*) **E** || 530 Illic  
 (n. *suprascr.*) **L**, **E m. 2** Illuc **F** || 533 sacra **E**; locum *misere*  
*foedatum sic fere restituerim secundum Homerum*: Ingentemque  
 eggit pinum, quam s. u. Mouit (= submouit); Aegide *pro* eggit  
*Wernsdorfius*, Oenidae *pro* eggit et *Schenkelius* || 534 percussit  
**F** percussus **V** perculsum **S** | cedi **L** laedit **S**; laesit *Kootenus*

Attonitumque simul caelum petere inde coegit; 535  
 Hic ille aethereo queritur sua uulnera regi  
 Saucius et magni genitoris iurgia suffert.

Interea magnis Acamantem uiribus Ajax VI.  
 Interimit, uastumque capit Menelaus Adrastum  
 Et rapit ad classes manibus post terga reuinctis, 540  
 Ut uiuo ducat laetos ex hoste triumphos.  
 Incumbunt Danaï, cedit Troiana iuuentus  
 Tergaque nuda tegit; sensit Mauortius Hector,  
 Pro Danaï pugnare deos ualidasque suorum  
 Uirginis armigeræ subduci numine uires, 545  
 Continuoque petit muros Hecubamque uocari  
 Imperat et diuæ placari numina suadet.  
 Protinus elatas innuptae Palladis arces  
 Iliades subeunt: festis altaria sertis  
 Exornant caeduntque sacras ex more bidentes. 550  
 Dumque preces Hecube supplex ad templa Mineruæ  
 Pro caris genitrix natis et coniuge fundit,  
 Interea Glaucus stricto decernere ferro  
 Cum Diomede parat nomenque genusque roganti,  
 Qui sit et unde, ferus magnis cum uiribus hastam 555

535 appetere **MN** petit **L** | inde scripsi: ipsa **O** illa **5**; an ilico cogit? || 536 etherio **EL** || post 537 librum **VI** incipit **O** (om. **LM**) || 538 achamantem **O** || 540 postterga **B** || 541 uiuo ducat **Higtius**: uiuo ducant **E** ni deducant **LN** (**E m. 2**) inde ducant **B** deinde ducant **M** ducant auidi **F**; malim cuius (-es) ducant || 548 elatas scripsi: armatas **O** auratas **Sterkius** (arquatas uel ornatas **L. Muellerus**) || 549 festisque **MN** || 550 habet **L** in marg. **m. 1** post 546 | ex more **L mg.**: ad templa **O** e u. seq. | bidentes] minerue **FM** || 551 om. **FV**, add. in marg. **m. 1** **E** (uerba Cumque — supplex in ras. **L**) | Tumq; **E** Cumque **L** | hecuba **L** in ras.: hecuba ceteri (eccuba **B**) Hecabe **L. Muellerus** || 552 genitrix codd. praeter **N** || 553 claucus **BFV** || 554 nomen **MN** (**q**; in **L** supra lin. **m. 1**) || 555 Qui (ex **Qus** corr. **F**) sit **O**: Quis sit **B**, et **L** ita ut altera s a **m. 2** sit addita | ferus ego: ferat **O** (fuerat **F**) ferox **L. Muellerus** fuit **Schenkelius**

Mittere temptabat, temptanti Aetolius heros  
 'Quo ruis?' exclamat 'quae te, scelerate, furem  
 Mens agit inparibus mecum concurrere telis?  
 Hospitis arma uides, Ueneris qui uulnere dextram  
 Perculit et summo pupugit certamine Martem. 560  
 Pone truces animos infestaque tela coherce'.  
 Post haec inter se posito certamine pugnae  
 Commutant clipeos inimicaque praelia lincunt.  
 Colloquium petit interea fidissima coniunx  
 Hectoris Andromache paruunque ad pectora natum 565  
 Astyanacta tenet; cuius dum maximus heros  
 Oscula cara petit, subito perterritus infans  
 Conuertit timidos materna ad pectora uultus  
 Terribilemque fugit galeam cristasque comantes.  
 Utque caput iuuenis posito detexerat aere, 570  
 Protinus infantem geminis amplectitur ulnis  
 Attollensque manus 'precor, o pater optime' dixit,  
 'Ut meus hic, pro quo tua numina natus adoro,  
 Uirtutes patrias primis imitetur ab annis'.

## VII

Haec ait et portis acies petit acer apertis; 575  
 Una deinde Paris, postquam in certamina uentum est,

556 temptanti temptabat **MN** || 560 pupugit **O** (alt. u in **L** ex corr. purus **B** ita ut r et s ex corr. sint): pepulit **Schraderus** (ex repulit uulgate) | certamine num rectum? || 563 inuisaque **E m. 2** | lincunt **L**: iungunt **E** lincunt **E m. 2** cum ceteris (mutant **B**) || post 563 librum **VII** incipiunt **O** (etiam **L**: cf. ad u. 537; om. **M**), per errorem cum in archetypo numerus post 574 collocandus hic collocatus sit || 564 coniunx codd. praeter **E** || 566 Astianacta (o supra ras. **m. 2**) **E** Astianacta ita ut tertia a ex corr. sit **L** | tenens **MN** (**L** ita ut ns ex corr. sit) | heros] hector **EMN** || 567 cara (uel pura) scripsi: parua **O** (praua **F**) e u. 565 || 569 cristamq; comantem **FV** comantes **m. 1** ex -tas corr. **E** || 570 Atque et **E** et **L m. 1** || 572 pater in ras. **m. 1** add. **E** o pater supra lin. **m. 1** **L**, **m. rec. N** precor o precor **F** rector precor **V** precor iupiter **B** || 573 Ut ms **LV** Unicus **B** || Lib. **VII** om. **O**: cf. ad 563 || 575 bellum **E** || 576 in **O**: ad uulgo

Protinus in medium procedit maximus Hector  
 Graiorumque duces inuictis prouocat armis.  
 Nec mora: continuo fraudis commentor Ulixes  
 Et ferus Idomeneus et notus gente paterna 580  
 Meriones Graiumque simul dux acer Atrides  
 Aiaecesque duo clari et speciosus in armis  
 Eurypylos magnoque Thoas Andraemone natus  
 Quique manum Ueneris uiolauit uulnere tristi  
 Procedunt; aberat nam Troum terror Achilles 585  
 Et cithara dulci duram lenibat amorem.  
 Ergo ubi deiectis auratam regis Atridae  
 Sortibus in galeam magnus processerat Ajax,  
 Principio iactis committunt praelia telis,  
 Mox rigidos stringunt enses et fortibus armis 590  
 Decernunt partesque oculis rimantur apertas  
 Et modo terga petunt, duros modo fortibus ictus  
 Depellunt elpeis; ingens ad sidera clamor  
 Tollitur et uastis inpletur uocibus aether.  
 Non sic setigeri exacuunt feruoribus iras 595  
 Pectoribusque fremunt uastis, modo dentibus uncis  
 Alterni librant cladis et uulnera miscent:

(in *cm.* **M** certamine scribens; in **N** *hic u. a m. rec. additus*)  
 est *m. 2* in **L** *additum* || 577 processit **MN** || 580 Ac in *At corr.*  
**F** (Et *ngo*) *At* **V** *Idomeneus* **B** | *idum. m. 1* **E** | *notus* | *iunctus*  
*Weytinghii* || 582 duo clari et *scripsi*: duo clari **O** (duos **V**  
 clariq; **L** duris **MN**) duo et clari *L. Muellerus* || 583 Euripulus  
**B, E m. 2** || 585 aberat iam *ex* aberant nam *corr.* **E** | *troium* **E** |  
 achillis **E a m. 1** *add.* || 586 durum — amorem *Kootenus*: diuum  
 — amores **O** duros — amores *ed. Fanensis* || 587 deiectus **BE**  
 deiectis **L** || 588 *pr(a)ecesserat* **FV** || 589 iactis (*tis ex corr.*) **L**:  
 iaculis **E** iacula **B** iaculans *ceteri* | committant **EL**: mittunt **B**  
 committit *ceteri* | telis] missis **E** (et *pr. miscent* **B**) || 591 apertis  
**O, corr. Schraderus et Higtius** || 594 implentur (*n deleta*) **E** ||  
 595 stridoribus *Sterkius*; an *frendoribus* ? || 596 fremunt *Koo-*  
*tenus*: petunt **O** ruunt *L. Muellerus* | modo; num mox ? || 597 Al-  
 terniq; **V** Alternos **E m. 2** | *librant* **F** | *cladis scripsi*: *gladios* **O**  
 ictus *Wakkerus* | *praelia* **MN** | *totum u. inclusit Wernsdorfius*

Fortia terga tremunt spumantque fera ora uicissim,  
 Fumiferae nubes concresecunt, fulgura et ignes  
 Iactantur magnoque implentur murmure siluae. 600  
 [Talis Priamides similisque Eacides armis.]  
 Tandem animis armisque furens Telamonius Ajax  
 Insignem bello petit Hectora, quaque patescit  
 Nuda uiri ceruix, fulgentem derigit hastam:  
 Ille ictum celeri praecidit callidus actu 605  
 Tergaque summisit ferrumque umbone repellit.  
 Sed leuis extremas clipei perlabitur oras  
 Cuspis et exiguo ceruicem uulnere libat.  
 Acrius impugnans rursus consurgit in hostem  
 Priamides nec iam ferro Telamone creatum, 610  
 Sed magno saxi iactu petit; at ferus Ajax  
 Ingentem clipeo septemplice reppulit ictum  
 Et iuuenem saxo percussum sternit eodem.  
 Quem leuat exceptum Graiis inimicus Apollo,

598 tremunt *Kootenus*: premunt **O** (petant **MN**; terga pre-  
 munt *supra ras. B*) | spumant **MN** spumantq; **B** | *fera scripsi*:  
 per **O** || 599 Fumiferas (*e supra as m 2*) **E** Fumigere (*g et alt.*  
*e ex corr.*) **L** | *concresecunt scripsi*: *concretaq;* **O** (*co=etaq* **B**  
 concreta **MN** et crebri **E m. 2**) | *fulgura et ig. E*: *fulgurq;* *ig.*  
**BFL** *fulgura in ig. V fulmina et ig. MN (fulminis ig. E m. 2)* ||  
 600 magnoque impl. murm. **L** (*et sic E m. 2 corr.*): impl.  
 magno quoque murm. **E** magno impl. (impl.) sic murm. **BV**  
 (*in hoc sic supra lin. m. 2*) magno impl. tum murm. **MN** ||  
 601 *spurium agnouere Schraderus et Higtius* (similis **F, M m. 1**;  
 q; *m. 1 sub lin. add. L*) || 602 animo **MN** | *armisq;* **E**: *teloq;*  
**BV** || 604 dirigit **O** (diripit **V** *deprime B, ut uid.*), *correci* | *hastam*  
*L. Muellerus*: *ensem* **O** || 605 *om. LV, in marg. habent BFE (hic*  
*eius uice in textu hunc u. praebet: Cedebat iuueni paulum*  
*mauortius heros, quod uoci actu interpretandae adscriptum)* ||  
 actu *scripsi*: ictu **F** astu **BEMN** || 608 Cuspis *L. Muellerus*: *Ensis* **O** ||  
 609 Acrior **MN** (*L ita ut or m. 2 ex corr. sit*) | *impugnans Werns-*  
*dorfius*: in pugnam **O** (*impugnans B, uide ut pugnas conicias,*  
*aduersum E*) || 610 nec iam **BV**: iam nec *ceteri* | *cretum FV*  
 611 at] *u (= ut)* **B** || 612 Ingentis clipeo  $\equiv$  (*o supra ras.*) **L** | *reppulit*  
**BLMN**

Integrat atque animum; iam rursus ad arma coibant 615  
 Stringebantque iterum gladios, cum fessus in undas  
 Coeperat igniferos Titan immergere currus  
 Noxque subire polum: iuxta mittuntur, utrosque  
 Qui dirimant a caede viros; nec segnius illi  
 Deponunt animos. tum bello maximus Hector 620  
 [Quae te terra uirum, qui te genuere parentes?  
 Uribus es proles generosa atque inclita' dixit.  
 At contra referre parat Telamonius Ajax  
 'Hesione de matre uides Telamone creatum;  
 Nobilis est domus et fama generosa propago'. 625  
 Hector ut Hesionae nomen casusque recordat]  
 'Absistamus' ait, 'nam uis communis utrique est';  
 Et prior Aiace deaurato munerat ense  
 Inque uicem, quo se bellator cinxerat Ajax,  
 Accipit insignem uario caelamine balteum. 630  
 Post haec extemplo Troum Danaumque cateruae  
 Discedunt, caelumque tegit nox atra tenebris.  
 Implentur dapibus largis Bacchique liquore  
 Atque auidi placido tradunt sua corpora somno.  
 Postera cum primum stellas Aurora fugarat, 635  
 In coetum uenere Phryges; tum maximus Hector  
 Cum sociis memorans hesternae funera caedis

615 Integrat atque **E**: Integrat et **MN** Integratq; (q; supra  
 lin. **L**) ceteri | ad | in **E** || 616 Stringebant **O** (q; add. **E** m. 2);  
 an Stringentes? || 618 subire simul **MN** (polo ille m. 1, hic m.  
 rec. suprascr.) | mittuntur utrumque **Weytinghius**, quod placet  
 620 tum, ita **O** || 621—626 interpolatos inclusit **Kootenus** || 622 es  
 o **Santenus** | generosa proles **MN** || 623 Et **L** | conferre **E** | paret  
**L** || 624, 23 ponit **B** || 624 Hesiona uel Esiona **codd.** || 625 om.  
**B** || 626 hic iterum incipit **G** | ut **O** (hic **V**, ngo ut): et uulgo  
 ut audiuit esione n. c. r. **MN** (num Hesionae glossa est?)  
 recordat **GL**: recordans ceteri || 627 nam uis scripsi: sanguis **O**  
 uirtus **L. Muellerus** | est **MN**: om. ceteri || 628 deaurato **V**: aurato  
 ceteri praeter **E**, qui falcato (aurato - i - deaurato suprascr. m. 2)  
 praebet interpolate || 630 uario | miro **E** || 631 hec **O**: et **L** hoc **F** om.  
**G** (Postq; e **B**) | extemplo **BEG** extemplo **MN** | troium **E** || 632 teget  
**MN** || 635: cf. *Gesta Bereng.* III 90 || 637 eternae **MN**

Suadet ut inuictis Helene reddatur Achiuis  
 Praedaque quae duros Menelai mulceat ignes;  
 Idque placet cunctis. tum saeuo missus Atridae 640  
 Pertulit Idaeus Troum mandata; neque ille  
 Aut animum praedae aut dictis accommodat aures,  
 Ultro etiam castris Idaeum excedere iussit.  
 Paruit is monitis iterumque ad castra reuersus  
 Troica contemptum duro se reddit ab hoste. 645  
 Interea Danaï confusa caede suorum  
 Ingentes struxere pyras collectaque passim  
 Fortia tradiderunt sociorum corpora flammis;  
 Tum renouant fossas et uallum robore cingunt.

## VIII

Ut nitidum Titan radiis patefecerat orbem, 650  
 Conuocat in coetum superos Iouis et monet omnis,  
 Ne contra sua dicta uelint contendere diui.  
 Ipse per aethereas caeli delabitur auras  
 Umbrosisque simul consedit montibus Idae; 655  
 Inde acies uidet Iliacas dextraque potenti  
 Sustinet auratas aequato pondere lances  
 Fataque dura Phrygum casusque expendit Achium  
 Et Graium elades grauib; praeponderat armis.  
 Interea Danaos ingenti concitus ira  
 Priamides agit et totis grauis imminet aruis, 660  
 Unum quippe decus Phrygiae; turbantur Achii

638 Suasit **E** m. 2 | (h)elena **O** || 640 tum, ita **O** || 641 troium  
**E** | nec **E** m. 2 || 643 cedere **MN** || 644 is **B**: his ceteri (hic **MN**) ||  
 645 Troica **MN**: Troi(a)e ceteri | reddit (narrat m. 1 suprascr.)  
**E** || 646 confusa **E**: confusi ceteri (i in **L** ex corr. m. 2) et **E**  
 m. 2 || 648 tradiderant **O**, corr. **Hightius** 649 Dum **E** Tunc **L** Et **MN**  
 fossas (alt. s ex corr. **L**) | uires **BFGV** | robora **E** | firmant **G**  
 Lib. VIII fere **O** (om. **GMN**) || 650 Et **E** (corr. m. 2) **L** | nitidis  
 radiis titan **MN** radiis titan **L** || 651 mouet **E**, corr. m. 1 | omnes  
**L** ex corr.: armis **O** (orbem **G**) || 653 etherias **L** || 654 Imbros.  
 (I ex corr.) **E**, corr. m. 2 || 655 Unde **B** | unde **G** || 657 expendet  
**E**, corr. m. 2 || 658 armis | ulnis **Schenkelius** || 660 grauis **MN** |  
 armis **O** e u. 658, correcti

Doricaque ingenti complentur castra tumultu.  
 Hortatur socios muris inclusus Atrides  
 Languentesque animos iuuenum in certamina firmat.  
 Princeps Tydides ardentibus emicat armis, 665  
 Per mediosque hostes inmani turbine fertur.  
 Hic illi occurrit fatis Agelaus iniquis,  
 Telum inmane manu quatiens, quem maximus heros  
 Occupat et duro medium transuerberat ense.  
 Hinc Phrygas Aiacis uastis protectus in armis 670  
 Teucer agit spargitque leues in terga sagittas.  
 Gorgythiona ferum letali uulnere fundit,  
 Mox alias acies petit aurigamque superbi  
 Hectoris obruncat. quem saxo Troius heros  
 Occupat excussoque extentum proterit arcu: 675  
 Ast illum fidi rapiunt de caede sodales  
 Prostratumque leuant. ruit undique turbidus Hector  
 Aduersaque acies inuersas cuspidē terret.  
 Sic rursus Danaī turbati caede suorum  
 Conuertunt, iterumque leues in castra cateruae 680  
 Confugiunt portasque obiecto robore firmant.  
 At Phryges obsidunt inclusos aggere Graios  
 Excubituque premunt muros flammisque coronant.

663 murisq; **BFMN** || 664 que *om.* **FLMNV** || 666 que **E**:  
*om. ceteri* | inmani **E** || 667 Tune **MN** | Agelaus *Bondamus*:  
 egeus **O** (egēs **B**) || 670 Hin **L** Hic **FM** | friges **O**, -gas *corr.* **E**  
*m. 2* | contentus **B** | ab armis *Wernsdorfius* || 671 spargit (q;  
*add. m. 1*) **E** sparsit **L** (agitq; leues torquet; in t. **F**); spargensque *Kootenus* || 672 Corithiona fere **O** (Corint(h)iona **FV**;  
 Cretheona **E m. 2**), *corr. Bondamus* | ferumq; l. u. fudit **MN** ||  
 674 Pectoris **E** | troius **L** troicus **M** (**E m. 2**) || 675 excussoq;  
**LMN**: excussumq; *ceteri* (q; *om. F*) | extentum *scripsi*: extento  
**FGV** (**E m. 2**) exteto **B** ex toto **EL** incautum **MN** || 676 Atq;  
**MN** | rapitur **L** || 678 Aduersaq; **L**: Aduersasq; *ceteri* | inuersas  
*scripsi*: inuersa **O** (inuiso [*m. 2 in inuisa corr.*] **E** uniuersa **B**)  
 infesta *vulgo* || 679 *om. B* | Sic **L. Muellerus**: Sed (uel **S**); **O** ||  
 681 portasque *vulgo*: portas **O** || 683 Excubitoq; **L** (Excubiisq; **E**  
*m. 2*) | muros premunt **MN**

Cetera per campos sternunt sua corpora pubes  
 Indulgentque mero curasque animosque resoluunt. 685

Attoniti Danaum proceres discrimine tanto **VIII**  
 Nec dapibus releuant animos nec corpora curant,  
 Sed miseri sua fata gemunt. \*tamen hoste repulso\*  
 Legatos mittunt dextramque hortantur Achillis,  
 Ut ferat auxilium miseris. Thetideius heros 690  
 Nec Danaum capit aure preces nec munera regis  
 Ulla referre cupit; non illum redditus ignis  
 Aut intacta suo Briseis corpore mouit:  
 Irrita legati referunt responsa Pelasgis.  
 [Et dapibus curant animos lenique sopore.] 695

Ulterius tenebrae tarde labentibus astris **X**  
 Restabatque super tacitae pars tertia noctis,  
 Cum Danaum iussu castris Aetoliis heros  
 Egreditur sociumque sibi delegit Ulixem, 700  
 Qui secum tutae sublustri noctis in umbra  
 Scrutetur studio, quae sit fiducia Troum  
 Quidne agitent quantasue parent in praelia uires.  
 Dumque iter horrendum loca per non nota paentes

684 sternit **BG** || 685 curasque *Higtius*: curas **O** (curāq; *ita*  
**B unus**) | animosq; *m. 1 ex - moq; corr.* **E** || *librum VIII hic*  
*incipiunt EL, om. ceteri* || 688 miseri] maesti *Kootenus* | tamen  
 hoste **E** mox hoste **GMN** atq; hoste **B** sic hoste **V** hosteque  
**FL**; *inutilia coniecere; fortasse ortuque (uel Phoeboque) reducto* ||  
 690 Thetideius *Dussenus*: tetidius (at tecius *m. 2 corr.*) **E** at  
 t(h)etideus fere *ceteri* (at theti = us **L** attecus **B** at thidideius  
**G** at thedidis **M**); Nereius *Kootenus* at Thessalus **L. Muellerus** ||  
 692 referre cupit *codd., praeter E ferre accepit (corr. m. 2) et*  
**L** ferre cepit (ref. capit **B**) | nec enim illum **G** || 693 malim Atque  
 intacta || 695 *inclusi* (Hi pro Et *Weytinghii*) || **X** Lib. **E**, Lib. VIII  
**BFV** (*om. ceteri*) || 696 Alterius **B** Alterius noctis **E m. 2**; Altera  
 transierat *Wernsdorfius* | tardis **BELV** (tard **F**) | 699 Aggreditur  
**E** || 700 tutae *scripsi*: tacit(a)e **O** e u. 697 (tacito *vulgo*) | sublustre  
**L** sublustrē **E** sublustris **B** || 702 parent] habeant **E** || 703 Cumq;  
**EL** | per non nota *scripsi*: per notata **O** (noctata **L** nocturna  
**B, E m. 2** secreta **G** -dumq; loca per nota **V**)

Carpebant, uenit ecce Dolon, quem Troia pubes  
 Miserat, ut Danaum sollerti pectore nires 705  
 Perspiceret sensusque ducum plebisque referret.  
 Quem procul ut uidit socius Diomedis Ulixes,  
 Abdiderunt occultantes sua corpora furtim  
 Post densos frutices, dum spe percussus inani  
 Tros Eumediades cursu praecederet illos, 710  
 Ne facile oppressus gressum in sua castra referret.  
 Post ubi transierat fidens animoque manumque,  
 Prosiluere uiri iuuenemque euadere cursu  
 Conantem capiunt ferroque manuque minantur.  
 Ille timore pauens 'uitam concedite' dixit: 715  
 'Hoc unum satis est; quodsin perstatis in ira,  
 Quanta ex morte mea capietis praemia laudis?  
 At si cur ueniam tacitis exquiritis umbris:  
 Maxima Troia mihi currum promisit Achillis,  
 Si uestras cepisset opes. haec dona secutus 720  
 In dubios casus, coram quod cernitis ipsi,  
 Infelix cecidi. nunc uos per numina diuum,  
 Per mare, per Ditis fluctus obtestor opaci,  
 Ne rapere hanc animam crudeli caede uelitis.  
 Haec pro concessa referetis dona salute: 725  
 Consilium Priami totam remque ordine gentis  
 Expediam Phrygiae'. postquam quid Troia pararet

704 dolon **GL**: delon *ceteri* || 705 solerter **L** || 706 Aspice. **B**  
 Prospice. **MN** || 708 Abdiderant (Add. **L**) **O**, *corr. Heinsius* ||  
 709 percussus **E** (*corr. m. 2*) **G** confixus **B** || 710 Tros Eumediades  
*Schraderus* (Eumediades **L. Muellerus**): Troius eumenides **O**  
 (Troianus iuuenis **E** Eumenides troius **V**) || 711 oppressum  
**MN** | in **BGV**: *om.* **EL** ad **MN** (gressus in castra **F**) || 712 tran-  
 sierant fidi **L** || 714 rapiunt **E** | manuque *e u.* 712 ? (inmane ?) ||  
 716 quodsin *scripsi*: quod (sed *m. 2*) si = **E** sic (*om.* quod) **L**  
 quodsi *ceteri* | iram **MN** || 718 At **B**: Aut **O** | sicut **L** || 719 pro-  
 mittit **GV** || 720 fregisset *Kootenus* || 721 quod **L**: quos *ceteri*  
 (cum **B**) || 723 fructus **E**, *corr. m. 1* || 726 Priami totam rem-  
 que *scripsi*: uobis priami totam remq; **L** priami uobis remq;  
**BMN** priami regis remq; **FGV** priami remq; omnem ex **E**

Cognouere uiri, fauces mucrone recluso  
 Pertundunt iuueni: post haec tentoria Rhesi  
 Intranat atque ipsum somno uinoque sepultum 730  
 Obtruncant spolianteque armis fusosque per herbam  
 Exanimant socios; tum tristi caede peracta  
 Praeda umeros onerant, multo candore nitentes  
 Thracas equos rapiunt, quos nec praecederet Eurus  
 Nec posset uolucris cursu superare sagitta. 735  
 Inde iterum Argolicas primae sub tempore lucis  
 Ad classes redeunt, quos Nestoris excipit aetas  
 Ac recipit portis. postquam sua castra tenebant,  
 Facta duci referunt: laudat Pelopeius heros,  
 Fessaque iocundae tradunt sua membra quieti. 740

Lux exorta uiros in pristina bella remisit, **XI**  
 Instaurantque animos recreato milite pugnae  
 Dardanidum Danaumque duces: uolat undique nubes  
 Telorum et ferro ferrum sonat, undique flictu  
 Inter se strident mucrones: instat utrimque 745  
 Densa acies, mixtusque fluit cum sanguine sudor.  
 Tandem feruenti Danaum rex concitus ira  
 Antiphon ingenti prostratum uulnere fudit

728 reclusas **G** || 729 Pertundunt *scripsi*: Detradunt **O** (-dant  
**B**) Detruncant  $\xi$  Diffundunt **L. Muellerus** | iuuenis **BFGV** (**E**  
*m. 2*) | temptoria regis **MN** (Rhaesi *om.* **B**) || 730 Instant **E**,  
*corr. m. 2* || 731 Optr. **G** | armis *scripsi*: uiros **O** (*om.* **B**) | herbas  
**E** || 732 tum, sic **O** (tristi tum **B**) || 733 hum. *codd. praeter L* |  
*malim* multo et || 734 Thracas *uidgo*: Traces **O** (Tracis **G**) |  
 735 uolucris **MN** || 736 iterum] quidem **E** | primo **E m. 2** | tem-  
 pora **BN** || 737 excipit **MN**: accipit *ceteri* (suscipit **L**) || 740 Fusaq;  
**L** || *librum XI hic incipiunt EL, X BFV (om. GMN)* || 741 Luxit  
 terra **L** || 743 Dardanum (i in **E m. 1** *suprascr.*) **O**, *corr. ed.*  
*Fanensis* || 744 Telorumq; **MN** | uerba et ferrum — 746 acies  
 habent *gesta Bereng.* II 272—74 | et **FMNV**: *om.* **BEGL** | ferrum  
 ferro **BMN** *gesta Bereng.* | flictu *scripsi*: mixtis **O** *gesta Ber.*  
*(saltim mixti)* || 745 stridens **E** | mucronibus **O** *gesta Ber.*, *cor-*  
*rexi* | utriq; **L** || 746 intusq; fluit **MN** || 748 Antiphonem (-thifo-  
 nem **E**) **O**, *corr. Kootenus* | fudit **E solus**



Pisandrumque simul fratremque ad bella ruentem  
Hippolochum; post hos gladio petit Iphidamanta. 750  
Hic regis dextram frater ferit; ille dolore  
Acrior accepto fugientem Antenore natum  
Persequitur traxitque ferox cum uulnere poenas.  
Hector tum pugnae subit acri concitus ira  
Priamides et percussos agit undique Graios; 755  
Nec Paris hostiles cessat prosternere turmas  
Eurypylique femur contento uulnerat arcu.

Incumbunt Troes, fugiunt in castra Pelasgi XII  
Uiribus exhaustis et uastis undique firmant  
Obicibus muros, tum saxo Martius Hector 760  
Perfringit portas ferrataque robora laxat.  
Inrumpit aditus Phryges atque in limine primo  
Restantes sternunt Graios ualloque cateruas  
Deturbant, alii scalas in moenia poscunt  
Et iaciunt ignes: praebet uictoria uires. 765  
De muris pugnant Danaï turresque per altas  
Saxa uolant, subeunt acta testudine Troes  
Ascendantque aditus et totis uiribus instant.

749 Pisand. *Bondamus*: T(h)esand. LFV T(h)essand. BEG  
(Thesand; MN) || 750 Hippolochum *Bondamus*: Hypolitum L  
Yppolytum E, (h)ip(p)olitum fere ceteri | petit Iphidamanta  
*Heinsius*: petit amphidomanta E m. 2 *suprascr.* petit aphida-  
mantē G m. 2 *in ras.*, ferit ille dolore E *ceterique omnes* (cfr. u. seq.) ||  
751 *om. codd.*, add. E m. 2, G m. 2 | Hic regis G m. 2: Hinc  
fratris E m. 2 | frater ferit *Santenus*: gladio ferit E et G m. 2  
(Hic frater regis d. f. *Kootenus*) || 752 fatum L || 753 Prosequitur  
LMN | ferox | simul B graues S | *malim* e uulnere (cum san-  
guine S) || 754 acri concitus *in ras.* E: acriq; incitus *ceteri* (acri  
inc. B acriq; concitus N m. *rec. corr.* acri quoque concitus M) ||  
757 Euripiliq; O (Euriph. MN Euripuliq; B) || XII EL, XI FV,  
*om. ceteri* || 758 troies E || 759 exausto et factis L || 760 tum  
cum EGL || 762 aditu L. *Muellerus* || 764 Proturbant E | in | ad  
MN | ponunt BFGV (E m. 2) || 766 pubesq; per L (turresque  
*om. B*) || 767 acta G: facta O | troies E || 768 totis *uulgo*: portis  
O (portas L portas uiribus intrant S)

Turbati fugiunt omnes iam castra Pelasgi  
Et scandunt puppes; urguet Troiana iuuentus 770  
Telaque crebra iacit: resonat clamoribus aether.

Neptunus uires Danais animumque ministrat. XIII  
Pugna ingens oritur, furit istinc hostis et illinc,  
Dextraque Idomenei cadit Asiūs; Hector atrocem  
Amphimachum obruncat, nec non occumbit in armis 775  
Anchisae gener Alcathous, quem fuderat ense  
Magnanimus ductor Rhythieus; tum feruidus hasta  
Deiphobus ferit Ascalaphum mergitque sub umbras.

Hector ubique ferox uiolento pectore saeuit, XIV  
Quem saxo ingenti percussum maximus Aiax 780  
Reppulit et toto prostratum corpore fudit.  
Concurrit Troiana manus iuuenemque uomentem  
Sanguineos fluctus Xanthi lauere fluento.  
Inde iterum ad pugnam redeunt, fit maxima caedes  
Amborum, et manat tellus infecta cruore. 785  
Polydamas ualido Prothoenora percutit ictu,  
Archilochumque Antenoriden Telamonius Aiax,

769 iā ego: in O hinc *Wakkerus* || 770 turres MN (*corr. in*  
*utraque m. 2*) || XIII EL, XII FV, *om. reliqui* || 773 Pugnant  
ignes L || 774 Dextraque Idomenei *uulgo*: Dextra idomenei B  
Dextra idamenei E Dextra idomenti L Dextra idomenei N Ido-  
menei (Idonei M) dextra *ceteri* || 775 Amphimac(h)um FGV  
-macumq; EMN (Truncat et amigrachum B) | procumbit BG ||  
776 alchatus (o *supra* tus m. 2) E || 777 *om. L* | ret(h)eus *codd.*,  
*corr. Kootenus* || 778 Deifebus (-phebus, -phoebus) *codd.* | ascala-  
p(h)um GFLV | umbra FV umbris E m. 2 || XIII EL, XII FL,  
*om. reliqui* || 779 ubi L || 781 Repulit ELN: Depulit *ceteri* | prostrato  
E || 782 Concurrit O: Occurrit (Conc. m. 2) E, *unde* Accurrit  
L. *Muellerus* || 783—85 *abscissi in G* || 785 et manat O: ex-  
manat L manat— E | infecta cruore L || 786 Polimadas E Pali-  
domas L | prot(h)enora *codd.* (-tenera FV) | perculit EMNV ||  
787 Amphiloc(h)umq; fere O, *corr. Bondamus*

Boeotumque Acamas Promachum, quem sternit atrocis  
Penelei dextra; inde cadit Priameia pubes.

XV

Acrius adsurgunt Troes; at Achaica turba 790  
[Instaurantque manus, cedit Pelopea iuuentus]  
Pulsa metu uallumque et muros aggere saeptos  
Transiliunt, alii fossas uoluuntur in ipsas.  
Aduolat interea Danaum metus impiger Hector.  
Confugiunt iterum ad classes Agamemnonis alae 795  
Atque inde aduersis propellunt uiribus hostem.  
Fit pugna ante rates; saenit Mauortius Hector  
Et poscit flammam totamque incendere classem  
Apparat; huic ualidis obsistere uiribus Ajax,  
Stans prima in puppi, clipeoque incendia saeua 800  
Sustinet et solus defendit mille carinas.  
Hinc iaciunt Danai robustae cuspidis hastas,  
Illinc ardentis taedas Phryges undique iactant:  
Per uastos sudor pignantum defluit artus.

XVI

Non ualet ulterius cladem spectare suorum 805  
Patroclus subitoque armis munitus Achillis  
Prouolat et falsa conterret imagine Troas.

788 *Betheumq;* uel *Boetheumq;* *codd.* (*Betheneumq;* **E m. 2**), *corr.* *Bondamus* | *achamas* **O** | *promachumq;* *sternit* **O** (-*chumq;* *quo-*  
*que* *st.* **E** -*chumq;* *quem* *st.* **N** -*chumq;* = *st.* **G** -*cum* *st.* **B**) | *atrocis*  
**BL** (*ut uid.*): *atrocē* (*ult. litt. in ras.*) **E** *atrocem ceteri* || 789 *Poe-*  
*naeie* **L** *Penelie* **V** -*lie* **G** || 790 *adsurg.* **L**: *assurg.* *ceteri* (*insurg.*  
**MN**) | *at* **V**: *ad* **BF** et **EMN** (& *in ras.* **G**); *quid* **L** *praebeat dinosci*  
*nequit* (*Z* = *et*, *si recte uidi*) | *achaica* **FL**: *achaia ceteri* | *turba*  
*scripsi*: *bella* **O** || 791 *om.* **O**, *add.* **E mg. m. 2** (*pelopeia*); *unde*  
*inclusi* || 793 *fossas* — *ipsas* **MN**: *fossa* (-*sa* = **F**) — *ipsa ceteri* ||  
795 *Effugiunt* **E** *hic et post* 815, *ubi hunc u. repetit* (*unde* *Et*  
*fugiunt conicias*) | *agamemnonis* (*m supra l m. 2*) **E** | *sacuit* **L** |  
796 *hostes* **G** || 797 *ad naues* (*ante rates suprascr. m. 2*) **E** ||  
799 *hinc* **EFM** || 804 *Sudor per fessos* (*sed punctis a m. 1 appo-*  
*sitis p. f. s. corr.*) **E** || **XVI** **EL**, **XV** **FV**, *om. reliqui* || 807 *Prou-*  
*olat* **B** (**E m. 1 corr.**): *Prouocat* **EL** *Aduolat ceteri* (*Auolat* **F**)  
*et* **E m. 2** | *consternit* **L** (*unde consternat Kootenus*) | *troias* **E**

Qui modo turbabant Danaos animoque fremebant,  
Nunc trepidi fugiunt: fugientibus imminet ille  
Proturbatque ferox acies uastumque per agmen 810  
Saenit et ingenti Sarpedona uulnere fundit  
Et nunc hos cursu nunc illos praeterit ardens  
Praelique horreni sub imagine uersat Achillis.  
Quem postquam socias miscentem caede cateruas  
Turbantemque acies respexit feruidus Hector, 815  
Tollit atrox animos uastisque inmanis in armis  
Occurrit contra magnoque haec increpat ore:  
'Huc age nunc conuerte gradum, fortissime Achilles:  
Iam nosces, ultrix quid Troica dextera possit  
Et quantum in bello ualeat fortissimus Hector. 820  
Nam licet ipse suis Mauors te protegat armis,  
Inuito tamen haec perimet te dextera Marte?  
Ille silet spernitque minas animosaque dicta,  
Ut quem mentitur uerus credatur Achilles.  
Tunc prior intorquet collectis uiribus hastam 825  
Dardanides, quam prolapsam celere excipit actu  
Patroclus redditque uices et mutua dona;

Quod clipeo excussum uiridi tellure resedit.

808 *animosq;* **L** *animisq;* **MN** 810—812 *abscissi in G* || 810 *Per-*  
*turb.* **FL** (**E m. 2**) | *ferax* **L** || 811 *Sacuit* **S**: *Sternit* **O** *Feruit* **L**.  
*Muellerus* | *ingentem* **F** | *fudit* **ELN** || 812 *cursu* **O**: *curru* **S** |  
*pr(a)eterit* **FLV**: *proterit ceteri* || 817 *hunc* **BGV** *hec uerba incr.* **L** ||  
818 *age nunc uulgo*: *age huc* **O** | *Achille Santenius* || 819 *quid* —  
*dextera in ras.* **E** | *troica codd. praeter* **E** *troie et L troia praebentes* |  
*poscit* **LN** || 820 *in bello, ita* **O** | *possit* **BFGV** || 821 *iam* **FV** | *ille* **E** ||  
823 *Illiscilet sternitq;* **L** || 824 *Atq;* *ment.* **L** || 825 *prius* **G** *pri-*  
*mum* **V** || 826 *celere* (*in celer corr.*) **B**: *celeri* **O**, *quod ob metricas*  
*rationes in celer mutauit F. Froehdius* | *actu scripsi*: *ictu* **O**  
(*astu* **B** *hictu* **L**) || *post* 827 *addunt* **M** *Obicit et saxum ingenti*  
*cum pondere missum*, **N** *Obicit et saxum cum ingenti* = *pondere*  
*magnum*, **E mg. m. 2** *Uiribus extortis telum contorsit in hostem*  
*Obicit et saxum multo cum pondere missum* (*in L uersus a m. 2*  
*inter lineas additus iterum est erasus*) || 828 *Quam* — *excussam* **B**

Tunc rigidos stringunt enses et cominus arma  
 Inter se miscent, donec Troianus Apollo 830  
 Mentitos uultus simulati pandit Achillis  
 Denudatque uirum; quem bello maximus Hector  
 Pugnantem falsis postquam deprendit in armis,  
 Irruit et iuuenem nudato pectore ferro  
 Traicit et uicto Uulcania detrahit arma. 835

Uindicat extincti corpus Telamonius Ajax XVII  
 Oppositoque tegit clipeo. Priameia pubes  
 Laetitia exultat, Danaï sua funera maerent.

Interea iuuenis tristi cum pube suorum XVIII  
 Nestorides in castra ferunt miserabile corpus. 840  
 Hic Pelidae aures ut dirus uerberat horror,  
 Palluit infelix iuuenis; calor ossa reliquit,  
 [Membra simul lacrimans materno nectit amictu  
 Deflens Aeacides tristi de caede sodalis.]  
 Unguibus ora secat, comptos dein puluere crines 845  
 Deformat scinditque suas de pectore uestes  
 Et super extincti prostratus membra sodalis  
 Crudeles fundit questus atque oscula figit.

829 arma **E**; armis *ceteri* (**E m. 2**) || 832 Denudat utrum **L**  
 833 deprehendit **L** || 834 pectora *Barthius* (iuueni n. pectora *Higtius*  
 nudatum pectora *Kootenus*) || 835 uictor **B** (**E m. 2**) | detrahit | de-  
 tulit **L** (et *suprascripto* t detrahit **G**) traicit **B** || XVII **EL**, XVI **F**, *om.*  
*ceteri* (836—38 *abscissi in G*) || 836 Vendicat **O** | thelam. **E** || 837 priameia  
**L** || 838 uulnera **BMN** || XVIII **EL**, XVII **F XVI V**, *om. reliqui* ||  
 840 Nect. **L** | refert **FG** tulit **M** || 841 Hic **BEN**; Tunc **FGMV**  
 Nunc **L** | Pelidae aures ut dirus uerberat *scripsi*: ut pelid(a)e  
 (-des *m. 1 in -dis corr. E*) aures diuerberat **O** (pelide hic aures  
**G**, di=uerberat **N**) ut Pelidae deuenerat horror ad aures *Koo-*  
*tenus* (a. u. P. deuenerat h. *L. Muellerus*) || 842 iuuenis *om. F*  
 (unde subitus calor *Schenkelius*) || 843 sq. ut spurios inclusit  
*Kootenus* || 843 Tristia *m. simul B* | nectit | tersit **G** || 844 eacide  
**L** | tristis **BEPG** || 845 comptos dein *scripsi*: comptosq; in **O**  
 (cūtosq; in **L** que *om. BMV*) || 846 scinditque suas *Wakkerus*:  
 scindit firmas **O** (firmas **M**) || 847 properatus **L** || 848,49 fundit que-  
 stus lacrimaeque **E**, *media add. m. 2*

Mox ubi depositi gemitus lacrimaeque quierunt,  
 'Non inpune mei laetabere caede sodalis, 850  
 Hector' ait, 'magnoque meo, uiolente, dolori  
 Persolues poenas atque istis uictor in armis,  
 In quibus exultas, fuso moriere cruore.'  
 Post haec accensus furiis decurrit ad aequor  
 Fortiaque arma Thetin supplex rogat: illa relictis 855  
 Fluctibus auxilium Uulcani protinus orat.  
 Excitat Aetnaeos calidis fornacibus ignes  
 Mulciber et ualidis fuluum domat ictibus aurum.  
 Mox effecta refert diuinis artibus arma;  
 Euolat inde Thetis. quae postquam magnus Achilles 860  
 Induit, in clipeum uultus conuertit atroces.  
 Illic Ignipotens mundi caelauerat arcem  
 Sideraque et liquido redimitum lumine Olympum,  
 Omnes et terras et cinctum Nerea circum;  
 Astrorumque uices dimensaue tempora noctis, 865  
 Quattuor et mundi partes, quantum Arctus ab Austro

849 fortasse ex u. 30 interpolatus | deposite **L** deposuit **F**  
 (*mg. t depositi*) depulsi **G** | gemitus **MN**: questus *ceteri e u.*  
*priore* (an luctus?) || 851 magnasque **MN** | dolore **E** (*corr. m. 2*)  
**GMN** || 852 ictor istis **L** || 853 moriente **E**, *corr. m. 2* || 855 thetis  
**F** (*in hoc s punctata*) **LV** || 857 ethneos *plerique codd.* (atheneos  
**L**) || 858 Mulcifer **O** | calidis **E** | ictibus *Kootenus*: ignibus **O** ||  
 859 refert | ferens **E m. 2** || 860 Euolat **O**: Aduolat **G** Deuolat  
*aut Auolat L. Muellerus* | inde thetis *in ras.* (ad thetin *m. 2*)  
**E**: et thetli (uel thedi) **L** et thetis *ceteri* (ergo thetis gauisa in  
 tētibus armis Obtulitq; nato **B**): Et donat thetidi **S**; *malim*  
 Euhanti Thetidi || 861—63 *abscissi in G* || 863 sq. *interpolatos*  
*putat Kootenus* | liquido redimitum lumine Olympum *scripsi*:  
 liquidas (-dis **FLV**) redimitas undique nymphas **O** liquido re-  
 dimitas lumine Nymphas *Santenius* (at his *infra demum est*  
*locus*) || post 863 **O** *habet hunc uersum* Fecerat et mira liquidas  
 Nereidas arte (liq. mira **MN**; mire **BEGV** mire **F**; nereidas  
**BEGLV**; arces **BEGV** arce **L** arce **F**; arte *corr. E m. 2*): cf. 873 ||  
 864 Omnes et (ac) terras *scripsi*: Oceanum terris (in t. **E m. 2**) **O** |  
 et **O**: sed **E om. L** | nereia **L** || 865—67 *habent Gesta Bereng. I*  
 108—110 || 865 Astror. **EG**: Annor. *ceteri*, *Gesta Bereng.* | 866 arctus  
**E** (*o supra u m. 2*) **G** *Gesta Bereng.* artos **B** arcton **V** artus *ceteri*

Et quantum occasus roseo distaret ab ortu,  
Lucifer unde suis, unde Hesperus unus uterque  
Exoreretur equis, et quantus in orbe mearet

Luna caua et nitida lustraret lampade caelum; 870  
Addideratque fretis sua numina, Nerea magnum  
Oceanumque senem nec eundem Protea semper,  
Fecerat et liquidas mira Nereidas arte  
Tritonesque feros et amantem Dorida fluctus;  
Terra gerit siluas horrendaque monstra ferarum 875  
Fluminaque et montes cumque altis oppida muris,  
In quibus exercent leges annosaque iura  
Certantes populi; sedet illic aequus utrisque  
Iudex et litem discernit fronte serena.  
Parte alia resonant castae paeana puellae 880  
Dantque choros molles; haec dextra tympana pulsant,  
Illa lyrae graciles extenso pollice chordas  
Percurrit septemque modis modulatur amoenis

867 om. L m. 1 | distaret | consistat *Gesta Bereng.* || 869 Exoriatu **EL** (in hoc corr. m. 1) Exoriretur *ceteri* | aquis **B** | quantus **G**: quantus **E** quantum *ceteri* (quantum quoque, om. et, **V**); quantus Sol. o. m. *Wernsdorffius* | in ore **L** | lacunam unius *uersus statuit L. Muellerus sic fere explendam* Phoebus, ut inferius fraterno curreret igni || 870 c(a)elum **O**: terras *uulgo* || 872 prothea **O** || 873 hic om. *codd.* (cf. ad 863) praeter **EL**, qui eum ita ut exhibui iterum ponunt post 874, ante quem traieci (**L** fere *euaniidum* habet) || 874 feros ex ferox corr. **E** | doria **E**, corr. m. 2 || 875 Terreger **N** Terga gerunt **FM** Tergageŕ (a ex corr.) **V** | malim lustra fer. || 877 annosaq; **M**: animosaq; *ceteri* (aniosaq; **B**), nisi quod de **L** non constat || 879 decernit **BE** | serenus **E**; seuera *Heinsius* || 880—83, 85, 88 habent *Gesta Bereng.* I 64—69 (880 *inmutatum*) || 880 castum (*suprascr.* f. caste) **F** || 881 haec *uulgo*; et **O** *Gesta Bereng.* | dextra tympana *uulgo*: dextera tympana **M** tympana (timp.) dextera *ceteri*, *Gesta Bereng.* | pulsant **MN** pulsant **V** || 882 illa] Atque *Gesta Bereng.* | in hoc u. desinit **B** || 883 modis **L**: modos *ceteri* | modulantur **E** | amoenis **S**: aenis **O** *Gesta Bereng.*; sed quid hic *auenae?* (his *retentis* septem illa *Krafftius* septemue *Schenkelius*)

Stamina compositum mundi resonantia motum.  
Rura colunt alii, sulcant grauia arua iuueni 885  
Maturasque metit robustus messor aristas  
Et gaudet pressis immundus uinitor uuis;  
Tondent prata greges, pendent in rupe capellae.  
Haec inter mediis stabat Mars aureus armis,  
Post quem diua potens belli; circaque sedebant 890  
Sanguineis maestae Clotho Lachesisque quasillis.

Talibus ornatus donis Thetideius heros XVIII  
In medias acies immani turbine fertur,  
Cui uires praebet cum casta Pallade Iuno  
Dantque animos iuueni; contra Cythereius heros 895  
Occurrit feruens; sed enim non uiribus aequis,  
Aeacidae nec erat compar; tamen ira coegit  
Conferre inuictis iuuenem cum uiribus arma.  
Quem nisi seruasset magnarum rector aquarum,  
Ut profugus laetis Troiam repararet in aruis 900

884 Stamina compositum *scripsi*: Carmina **O**, tum componunt **EFGV** componit **LMN** Carm. compositum *Wakkerus* mota **E** motu **FV** motus **G** (de **L** non constat); totum *uersum spurium habet L. Muellerus* || 887 uinitor immundus **E**, corr. m. 1 || 888 pendentque *Gesta Bereng.* | post 888 lacunam statuit *L. Muellerus* || 889 mediis **O**, nisi quod me<sub>us</sub> (di *supra ras.*, et mediis *infra lin.*) **E**: medius *uulgo* || 890 Post quem **E**: Quem **FMNV**, om. **G** (de **L** non constat) | diua potens belli *scripsi*: diua potens (poesis m. 2 *suprascr.*) relique **E** diua poesis reliqu(a)e **FMNV** (cum glossa atropos ad diua **MN**) Diua potens atropos circa reliqueq; **G** (**L** *euaniidus*) | circa (q; *add. m. 2*) **E** | sedebat **MN** || 891 cloto **EGMN** glotho **L** | quasillis *scripsi*: capillis **O** cucullis *Hauptius* | post 891 addit **G** Cloto colum baiolat. lachesis trahit. atropos occat. || XIX **EL** XVIII **F**, om. *ceteri* || 892 donis] armis **E** | thetideis **E** thetideus **LV** t(h)idideus **FMN** || 894 Qui **L** | cum casta **O**: casta cum (*transp. m. 2*) **E** || 895 que om. **FGLV** | contra **EV**: huic contra **LMN** (**E** m. 2) huic **F** huic (*in hunc corr.*) tunc **G** || 896 Occurrit feruens *scripsi*: Concurrit (**O** *supra* Con m. 2) forte **E** Occurritq; uiro *ceteri* (uiros **L**) | sed enim non **E** et enim non **L**: sed non cum *ceteri* (**E** m. 2) || 897 erat compar *Spondanus*: corpus erat **O** (opus **V**, corr. *mg.*) || 899 ni **GV** || 900 Nec (*ut suprascr. m. 2*) **E** Et **L** | profugus

Augustumque genus claris submitteret astris,  
 Non carae gentis nobis mansisset origo.  
 Inde agit Aeacides infesta cuspide Teucros  
 Ingentemque modum prosternit caede uirorum,  
 Sanguinis Hectorei sitiens; at Dardana pubes 905  
 Confugit ad Xanthi rapidos perterrita fluctus  
 Auxiliumque petit diuini fluminis; ille  
 Instat et in mediis bellatur gurgitis undis.  
 Ira dabat uires; stringuntur sanguine ripae  
 Sparsaque per totos uoluntur corpora fluctus. 910

At Uenus et Phrygiae gentis tutator Apollo **XX**  
 Cogunt in Danaos Xanthi consurgere fluctus,  
 Ut fera terribili miscentem praelia dextra  
 Obruat Aeaciden: qui protinus undique totis  
 Expatiat aquis et uasto gurgite praiceps 915  
 Uoluitur atque uirum torrentibus inpedit undis  
 Praetardatque gradus; ille omni corpore saeuas  
 Contra pugnat aquas aduersaque flumina rumpit  
 Et modo disiectos umeris modo pectore uasto  
 Propellit fluctus. quem longe prouida Iuno 920  
 Asseruit, rabidae qua cederet ictibus undae.

letus *m. 1* in -gis letis *corr.* **E**; Latiis *Bondamus* | armis **O**, *corr.* *Barthius* || 901 Augustumq; **MN** || 902 Hec (non *m. 2* *supraser.*) **E** **T** = **L** | carae *Kootenus*: clarae **O** *e u. priore* || post 902 **E** *addit* Ni se proriperet curruq; innisus abiret || 903 adit **E** || 904 que *om. L* || 905 sitiens | cedens **L** || 907 Effugit **E** || 908 A = statq; et in (*d in ras.*) **L** | pugnatur **FGV** || 909 Era **L** | uires **O**: cunctis (*uires m. 1* *supraser.*) **E** *e glossa* | tinguntur **FGMN** (**E m. 2**) || 910 uoluitur **L** | corpora | sanguine **EV** | pectora **E m. 2** | campos **MN** || **XX EL**, **XVIII F XIII** (*sic*) **V**, *om. ceteri* || 911 Et **L** || 914 Irruat **MN** || 915 Expatiat *ed. Lanensis*: Expediatur **O** (*Imped. FG, E m. 2*) | et **S**: set *uel sed O* (*qui E, corr. m. 2*) || 916 Soluitur **E** (*corr. m. 2*) **G** | torquentibus i. armis **MN** || 917 Predaratq; **E**, *corr. m. 2* || 918 auersaq; flumine **L** | rupit **E** || 919 disiectos **N**: disiectis **L** diectos (*e m. 2* *supra di*) **E** *deiectos ceteri* || 920 quem (*sic*) longe na prouida **L** || 921 Asseruit **O**: Admonuit **E** Seruauit **V** | rabidae *ego*: rapidae **O** | qua **L**:

Sanctaque pugnarunt inter se numina diuum.  
 Rursus agit Phrygias ingenti caede cateruas  
 Horridus Aeacides bellique ardore resumpto  
 Funereas acies horrendaque praelia miscet. 925  
 Non illum uis ulla mouet; non saeua fatigat  
 Pectora pugnando; uires successus adauget.  
 Percussi dubitant trepida formidine Troes  
 Aut intra muros exhausta paene salute  
 Defugiunt portasque obiecto robore firmant. 930

Unus tota salus in quo Troiana manebat **XXI**  
 Hector adest, quem non durae timor undique mortis  
 Nec patriae tenere preces, quin obuius iret  
 Et contra magnum contendere uellet Achillem.  
 Quem procul ut uidit tectum caelestibus armis, 935  
 [Ante oculos subito uisa est Tritonia Pallas]  
 Praemetuit clausisque fugit sua moenia circum  
 Infelix portis; sequitur Nereius heros.  
 In somnis ueluti, cum pectora terret imago,  
 Hic cursu super insequitur, fugere ille uidetur, 940  
 Festinantque ambo; gressum labor ipse moratur:

quia **FV** quo **MN** ne **G** tandem (*del. m. 2*) quod **E** | ictibus **G**: ignibus **O** (*om. E, add. m. 2*) imbribus *L. Muellereus* || 926 mouit **L**; tenet **E m. 2** | fatigat **S**: fatigat **O** fatiscunt *L. Muellereus* || 927 pugnando **L**: bellando *ceteri* (-ntum **E**) | succensus **E**, *corr. m. 2* || 929 Aut **EFLV**: Atque *ceteri* (**E m. 2**) | inter **FMNV** || 930 Defugiunt *ego*: Dum fugiant **L** = ifugiunt (*ff in ras.*, *Con supraser. m. 2*) **E** Confugiunt *ceteri* Aufug. *Muellerus* || **XXI EL**, **XX F**, *om. reliqui* || 931 tanta **E** || 932 nec **V** | duri **G** durum **F** | mortis **S**: matris **O** (*o supra a m. 2* **E** martis **G**) || 936 *ec* 647 *interpolatum* *eiecit Barthius* || 937 *m. 1 in marg.* **E** | Praemetuit *L. Muellereus*: Permetuit **O** (*Pertimuit GMN*) || 938 *erusus in G* || 939 *p.* terret imago *scripsi*: *p.* terruit ira **O** pes tardatur itaro (*frustratur iturum*) *Eldikius* pectore ferbuit ira *L. Muellereus* || 940 Sic **L** | cursu | rursus **F** || 941 gressusq; laborq; mor. **MN** | ipse | ille **FV**

Alternis poterant insistere coepta periclis,  
Nec requies aderat: timor hinc, hinc concitat ira.

Spectant de muris miseri sua fata parentes **XXII**  
Pallentesque uident tum primum cedere natum, 945  
Quem iam summa dies suprema luce premebat.  
Huic subito ante oculos similis Tritonia fratri  
Occurrens iuuenem simulato decipit ore.  
Nam dum Deiphobi tutum se credidit armis,  
Transtulit ad Danaos iterum sua numina Pallas. 950  
Concurrant iactis inter se cominus hastis  
Inuicti iuuenes: hic uastis intonat armis,  
Ille hostem ualidum nequicquam umbone repellit;  
Alternisque feros uitant congressibus ictus.  
Sudor agit riuos, ense terit horridus ensis, 955  
Conlatusque haeret pede pes et dextera dextrae.  
Hastam iam manibus saeuus librabat Achilles  
Inque uirum magnis emissam uiribus egit;  
Quam praeterlapsam uitauit callidus Hector.  
Exclamant Danaï. contra Priameius heros 960  
Libratum iaculum Uulcania torquet in arma.

942 Alterus **L** Alterius **E** (corr. *m. 2*) **M** | properant uel perstant *Higtius*; prius puto uerum, sed ut restet adhuc emendandum periclis; totum u. spurium putat *L. Muellnerus* || 943 timor hinc hinc c. ira scripsi: timor undique c. iras **O** (furor pro timor uulgo nihilo melius) || **XXII EL**, **XXI F XVIII V**, om. reliqui || 945 Pallentemq; **O**, correxi | tum primum cedere scripsi: supremo (suppr.) tempore **O** extremo tempore **S**, quo non tollitur inepta cum u. seq. tautologia || 946 om. **N**, add. *mg. m. rec.* | premebant **E** || 949 iam **G** | dum **S**: tum **EGM** tunc **L** cum ceteri | deiphobi **O** | credit in armis **LMN** (cre = dit **N**) || 953 om. **E**, add. *m. 2 mg.* | hastam et ualido *Kootenus* || 954 feros uitant scripsi: ferox mutat **O** feros mutant **S** || 957 sic **LMN** (nisi quod pro iam, quod posui, quam habent); om. **FGV** Interea ualidam thetidius extulit hastam **E** (quod interpolationis arguit absouum interea) || 958 emisit u. hastam **G** (**E m. 2**) u. hastam **F** quoque || 959 Quem propter lassam **L** || 961 Libratum (*m. 1 ex -uit corr.*) **E**: Uibratum ceteri (**E m. 2**)

Nec successus adest; nam duro inflectitur auro  
Desiliitque mucro; gemuerunt agmina Troum.  
Concurrunt iterum collatis fortiter armis  
Inque uicem duos euitant cominus enses. 965  
Nec suffere ualet ultra iam sorte suprema  
Instantem Aeacidem defectus uiribus Hector;  
Dumque retrocedit fraternaue rebus in artis  
Respicit auxilia et nullam uidet esse salutem,  
Sensit adesse dolos: quid agat? quae numina supplex 970  
Inuocet? et toto languescunt corpore uires  
Auxiliumque negant; retinet uix dextera ferrum,  
Nox oculos inimica tegit nec subuenit ullum  
Defesso auxilium; pugnat moriturus et altos  
Corde petit gemitus. instat Nereius heros 975  
Turbatumque premit procul undique, tum iacit hastam  
Et medias rigida transfixit cuspe fauces.  
Exultant Danaï, Troes sua funera maerent.  
Tum sic amissis infelix uiribus Hector  
En concede meos miseris genitoribus artus, 980  
Quos pater infelix multo mercabitur auro:  
Dona ferēs uictor. Priami nunc filius orat  
Te primus, dux ille ducum, quem Graecia solum  
Pertimuit: si nec precibus nec uulnere uicti  
Nec lacrimis miseri nec clara gente moueris, 985  
Afflicti miserere patris, moueat tua Peleus

963 Desiliit = **L** Disiliitq; **E**: Disiluit **MN** Dissiluit reliqui (om. que) || 966 ualet iam *L. Muellnerus* | ultro **E m. 2** | iam sorte suprema **M**: iam sortē = = = **N** sortemq; supremam reliqui || 967 Instantem (-temq; **V**) eacidem **O**: Horruit instantem **E** (propter illud sortemq;) | defectus uulgo: defectis **O** defessis *L. Muellnerus* || 971 heu pro et idem (in **S**) || 974 Defesso ex Defenso (sic **L**) corr. *m. 1 E* | alto = **F** (et ita *Higtius*) || 975 petit *Kootenus*: premit **O** || 976 tum **EMN**: tunc ceteri || 978 merent **L**: deflent **FGV** plangunt **MN** || post 978 librum XVIII incipit **V** || 979 Dum **L** || 980 En **G**: Et **EL** At **F** Nunc **MON** (Inquit. cede **V**) || 983 primus scripsi: priamus **O** (priami ex -mus corr. **E**) || 984 munere uicti **F** munere uictus **GV** (**E m. 2**) || 986 moueat **MN**

Pectora pro Priamo, pro nostro corpore Pyrrhus.  
 Talia Priamides; contra quem durus Achilles  
 'Quid mea supplicibus temptas inflectere dictis  
 Pectora, quem possem discerptum more ferarum, 990  
 Si sineret natura, meis absumere malis?  
 Te uero tristesque ferae cunctaeque uolucres  
 Diripient, auidosque canes tua uiscera pascent.  
 Haec ex te capient Patrocli gaudia manes,  
 Si capiunt umbrae.' dum talia magnus Achilles 995  
 Ore truci iactat, uitam miserabilis Hector  
 Reddidit. hunc animi nondum satiatus Achilles  
 Deligat ad curram pedibusque exsanguia membra  
 Ter circum muros uictor trahit: altior ipsos  
 Fert domini successus equos. tum maximus heros 1000  
 Detulit ad Danaos foedatum puluere corpus.  
 Laetantur Danaï, plangunt sua uulnera Troes  
 Et pariter corpus deflent cum funere raptum.

Interea uictor defleti corpus amici **XXIII**  
 Funerat Aeacides pompasque ac munera ducit. 1005  
 Ter circa tumulum miseris rapit Hectoris artus  
 Et uarios cineri ludorum indicit honores.  
 Tydides cunctos curru pedibusque feroces

987 nostro pectore L || 988 quem contra MN || 990 direptum  
**FGLV** (E m. 2) || 991 meis te abs. **FNV** || 992 tristempq; **FV**  
 (E m. 2) || 993 auidique O, corr. van Dorp | pascent E || 995 sa-  
 piunt G || 996 iactant E iacta || F || 997 Reddit L, V m. 1  
 Reddit et F || 998 Perligat (al supra Per m. 2) E || 999 altius  
 M, N ex corr. alcus G || 1000 succensus E || 1001 Retulit E || 1002 uul-  
 nera scripsi: funera **EGM** corpora ceteri pectora *Kootenus* || 1003 cor-  
 pus **MN**: captos ceteri (captum E m. 2) | raptum ego: captum **MN**  
 tristi (corpus m. 2) E mestos **FLV** mesti G muros uulgo || **XXIII**  
**EL**, **XXII F XIII** (sic) V, om. reliqui || 1004 defletum s || 1005 ac  
 munera ego (et munera L. *Muellerus*): ad funera O in funere  
*Schenkelius* || 1006 Ter **MN**: Tum ceteri || 1007 uarios | rapidos  
 L uapido || F uapido V | inducit E m. 2 || 1008 Titides (Thyt.,  
 Titydes) *codd. more solito* | cunctos scripsi: tyrsin E thyrsim F  
 thyrsim GL tirsim MV tirph sim N; quod nescio quod mona-  
 chale commentum inculcatum est, ubi cunctos ante curru inter-

Aeolides superat; luctando uincitur Aiax,  
 Cuius decepti uires Laertius astu; 1010  
 Caestibus aduersos cunctos superauit Epeos  
 Et disco fortis Polypoetes depulit omnes  
 Merionesque arcu; tandem certamine misso  
 In sua castra redit turbis comitatus Achilles.

**XXIII**

Flent miseri amissum Phryges Hectora, totaque  
 maesto 1015  
 Troia sonat planetu; fundit miseranda querellas  
 Infelix Hecube saeuisque arat unguibus ora;  
 Andromacheque suas scindit de pectore uestes,  
 Heu tanto spoliata uiro! ruit omnis in uno  
 Hectore causa Phrygum, ruit et defessa senectus 1020  
 Afflicti miseranda patris, quem nec sua coniunx  
 Turbaque natorum nec magni gloria regni  
 Oblitum tenuit uitae, quin iret inermis  
 Et solum inuicti castris se redderet hostis.  
 Mirantur Danaum proceres, miratur et ipse 1025  
 Aeacides animum miseri senis; ille trementes  
 Affusus genibus tendens ad sidera palmas  
 Haec ait 'o Graiae gentis fortissime Achilles,  
 O regnis inimice meis, te Dardana solum

cidit | curru *Kootenus*; cursu O (curtu L casu N) | feroces scripsi:  
 ferocem O fugacem *Higtius* || 1009 Aeolides scripsi: Merionem  
 E || erion et L Merionē ceteri (Merionē M) | Indendo **MN** ||  
 1010 laercius G (E m. 2) lertius V: ilercius **ELN** illercius (-tius)  
**FM** | hastur L acer in ras. F || 1011 aduersos **LV**: aduersis  
 ceteri; puto aduersum Euryalum | epeos **EL**: ephebus (-bos F)  
 ceteri (E m. 2) || 1012 fortis L: forti ceteri | polibetes O, corr.  
*Bondamus* || 1013 q; om. E, add. m. 2 || 1014 turbam E m. 2  
**XXIII EL**, **XXIII F XXI V**, om. reliqui || 1016 querelas O  
 1017 hecubę E: (h)ecuba ceteri (eccuba L); Hecabe L. *Muelle-*  
*rus* | seuitq; E || 1018 scindens **FMV** sindit N (scindit m. 1 ex  
 scidit corr. E) | de **EG**: a ceteri || 1020 ruit et F: fuit hoc V  
 cecidit ceteri | defensa **FV** defecta N || 1023 Abitum t. uitte L  
 1024 redderet] reddire L dederat **MN** || 1028 Hoc L | Achille  
*Santenus* || 1029 Omi regnis inimices dmeis L

Uicta tremit pubes, te sensit nostra senectus 1030  
 Crudelem nimium: nunc sis mitis semel, oro,  
 Et patris afflicti genibus miserere precantis  
 Donaue quae porto miseri pro corpore nati  
 Accipias; si nec precibus nec flecteris auro,  
 In senis extremis tua dextera saeuat annis: 1035  
 Saltim scaeuia pater comitabor funera nati.  
 Non uitam mihi nec magnos concede fauores,  
 Sed funus crudele mei: miserere parentis  
 Et pater esse meo mitis de uulnere disce.  
 Hectoris interitu uicisti Dardana regna, 1040  
 Uicisti Priamum: sortis reminiscere uictor  
 Humanae uariosque ducum tu respice casus'.  
 His tandem precibus grandaeuum motus Achilles  
 Allenat a terra corpusque exsanguie parenti  
 Reddidit Hectoreum, post haec sua dona reportat. 1045  
 It patriam Priamus tristisque ex more suorum  
 Comparat exequias supremaue funera ducit.  
 Tum pyra construitur, quo bis sex corpora Graium  
 Quadrupesque adduntur equi currusque tubaeque  
 Et clipei galeaeque ocreaeque Argiuaque tela. 1050

1031 mitis semel *scripsi*: mitissimus O mihi mitior S ||  
 1032 afflictis GV; affixi *Kootenus* affusi *Higtius* | rebus *ex corr.*  
 G | post hunc u. E m. 2 addit Insuper hoc aurum tibi quod  
 pro corpore dono || 1036 Saltem *codd. praeter* EFG | scaeuia  
*scripsi*: saeuia O | pater *supra lin. m. 1* E | conabor L || 1037 Non  
 (Ne V) uitamq; mihi FV | concedere GL cede FV (concedis E  
 m. 2) | fauores *scripsi*: labores E honores *ceteri* (E m. 2) ||  
 1039 mei G; meum *ceteri omnes* | precantis E m. 2 || 1040 pater  
*corruptum?* patris uel precor *Schenkelius* | uulnere L. *Muellerus*:  
 corpore O (pectore N) || 1042 dum tu *ceteris omissis* L || 1043 pre-  
 cibus motus (pr. mores L motus precibus MN) grandaeuum O,  
*corr. van Dorp* || 1046 It p. *Barthius*: In p. O (In p. it L. *Muelle-*  
*rus*) | tristisque *codd. praeter* G || 1048—51 *adfert Lactantius ad*  
*Statii Theb. VI 121* (Homerus in funere Hectoris dicit) || 1048 Tunc  
*Lact.* | quo L, *Lact.*: que E qua *ceteri* || 1049 Quadrupesque *Lact.*:  
 Quadrupes O (Consequitur traduntur E Quadrupes aduiritur  
 ped, hoc ped *expuncto*, L) || 1050 ocreaeque *scripsi*: cau≡eq;  
 F caueq; V (cau(a)e EGL *Lact. cane* MN | arg≡iag; N argiaq; M

Haec super ingenti gemitu componitur Hector:  
 Stant circum Iliades matres manibusque decoros  
 Corrupunt crines laniataque pectora plangunt  
 (Illo namque rogo natorum funera cernunt),  
 Tollitur et iuuenum magno cum murmure clamor 1055  
 Flebilis: ardebat flamma namque Ilion illa.  
 Inter quos gemitus laniato corpore coniunx  
 Prouolat Andromache mediosque inmittere in ignes  
 Se cupit Astyanacta tenens, quam maesta suarum  
 Turba rapit *comitum*; contra tamen usque resistit, 1060  
 Donec conlapsae ceciderunt robora flammae  
 Inque leues abiit tantus dux ille fauillas.  
 Sed iam siste gradum finemque inpone labori,  
 Calliope, uatisque tui moderare carinam,  
 Remis quam cernis stringentem litora paucis. 1065  
 Iamque tenens portum metamque potentis Homeri,  
 Pieridem comitata cohors, summitte rudentes;  
 Sanctaque uirgineos lauro redimita capillos,  
 Ipsa, tuas depone lyras, ades, inclita Pallas,  
 Tuque faue cursu uatis iam, Phoebe, peracto. 1070

1051 Et super MN || 1053 Corrupunt L. *Muellerus*: Aptu-  
 purit L Abrumpunt *ceteri* (Arr. V) | corpora F | plaudunt GV ||  
 1055 uulnere L || 1058 mediosque EL: medios *ceteri* | in BV ||  
 E et F m. 1 *supra lin.*: om. LMN (inmitteret M) || 1059 maesta  
*Kootenus*: iussa O | suarum L: suorum *ceteri* || 1060 comitum *ad-*  
*didi*: om. O (tristis *add.* S) | contraq; tamen MN || 1063 labori  
*ex -ris corr.* E || 1064 Calliope MN Calliopeg L | carinas L, *ut*  
*uid.* || 1065 Quam (E: Quem *ceteri cum* E m. 2) cernis paucis  
 stringentem litora remis (rhenus E, *corr. m. 1*) O; *propter*  
*parastichidem traieci* remis; paucis *in rauca mutauerim* ||  
 1066 Namq; FGL | tenet FG (E m. 2) || 1067 Pieridum O, *cor-*  
*rewi* || 1069 Ipsa (= era, *scil. Calliope*) O: Musa *Weytinghii* ||  
 1070 uatis O: uates L uati S || Explicit liber Homeri *plerique*  
*subscribunt* (E m. 2: Carminis homerus metam deponit ouanter,  
 L Explicit, caret *subscr.* V)



## XVIII.

## INCERTI CARMINA BUCOLICA.

## I.

## THAMYRA. LADAS. MIDA.

- TH. Te, formose Mida, iam dudum nostra requirunt  
Iurgia: da uacuum pueris certantibus aurem.  
MI. Haud moror; et casti memoris secreta uoluptas  
Inuitat calamos: imponite lusibus artem.  
TH. Praemia si cessant, artis fiducia muta est. 5  
LA. Sed nostram durare fidem duo pignora cogent:  
Vel caper ille, nota frontem qui pingitur alba,  
Vel leuis haec et mobilibus circumdata bullis

*Duae eclogae, quas initio imperii Neroni esse uindicandas certissime euecerunt Peiperus Buechelerus Hagenus, extant in codice Einsidlensi 266 saec. X p. 206 et 207 (E), unde primus edidit in Philologi Gottingensis uol. XXVIII p. 338 sqq. Hermannus Hagenus, qui retractauit operam in Fleckeiseni annalibus a. 1871 p. 139 sqq. scripserunt de eisdem Peiperus in programmae gymnasii Magdalenensis Uratislauenensis a. 1870 p. 29 sqq., Buechelerus musei Rhenani uol. XXVI p. 235 sqq. (cf. et p. 491 sqq.), Ribbeckius ibid. p. 406, denique ego ipse in Fleckeis. ann. a. 1872 p. 355 sqq.; apud Riesium sub numeris 725 et 726 habentur.*

*In titulo Thamyra E || 1 formosa E || 2 Iurgia da Hagenus: Iuria dam E || 3 casti scripsi (cf. Tac. Germ. 40): cusu E lusu Hagenus || 5 Ladae dat Peiperus false (deleto u. 6 LA) | nulla Hagenus et Ribbeckius || 7 nota — alba Hagenus: notam — albam E || 8 Uelle uis haec ex (suprascr. 1 et) nobilibus E, corr. Hagenus*

- Fistula, siluicolae munus uenerabile Fauni.  
TH. Siue caprum mauius uel Fauni ponere munus, 10  
Elige utrum perdas; set erit, puto, certius omen  
Fistula damnato iam nunc pro pignore dempta.  
LA. Quid iuuat insanis lucem consumere uerbis?  
Iudicis e gremio uictoris gloria surgat.  
TH. Praeda mea est, quia Caesareas me dicere laudes  
Mens iubet: huic semper debetur palma labori. 15  
LA. Et mi sidereo cor mouit Cynthius ore  
Laudatamque chelyn iussit uariare canendo.  
MI. Pergite, io pueri, promissum reddere carmen;  
Sic uos certantes deus adiuuet! incipe, Lada, 20  
Tu prior; alternus Thamyras imponet honorem.  
LA. Maxime diuorum caelique aeterna potestas,  
Seu tibi, Phoebe, placet temptare loquentia fila 23  
(Carminum uti uirgo furit et canit ore coacto, 25  
Fas mihi sit uidisse deos, fas prodere mundo) —  
Seu caeli mens illa fuit seu solis imago:  
Dignus utroque stetit *dux* ostro clarus et auro  
Intonuitque manu. talis diuina potestas,  
Quae genuit mundum septemque intexuit orbis 30

*9 Fistula E | munus uenerabile scripsi: munus et memorabile E || 11 set (uel at) scripsi: et E nec Ribbeckius in personarum distributione ab E decedens | omne E || 12 sitne damnato an clamato in E dubium est | dempta scripsi: empta est E dempta est Guil. Schmitzius prompta est Peiperus || 13 in uanis Ribbeckius || 17 mi s. cor mouit temptauit: me s. corrumpit E, unde corrumpit Peiperus percussit Hagenus commulsit Ribbeckius commouit ego olim (respexit fere desiderat Buechelerus) | tincius, suprascr. 1 cinctius, E | malim oestro || 18 celin E || 19 carmen, r supra lin. E || 21 alternis Hagenus | tamyras E | imponit E, correxi; imponat Hagenus || 22 caelique idem: ceterique E | ante 23 TH et ante 26 LA habet E, deleuit Hagenus || 23 temptare Peiperus: emitare E || uersum qui est 24 in E post 31 traieci || 25 Carminum uti scripsi: Carminibus E || 26 mundo Hagenus egoque: mundum E || 28 utraque Peiperus | dux addidi: om. E deus add. Peiperus Nero stetit Buechelerus stetit, stetit doctus anonymus || 30 orbis Hagenus: oris E*

Artificis zonas et totas miscet amore, 31  
 It cytharae modulis primordia iungere mundi; 24  
 Talis Phoebus erat, cum laetus caede draconis 32  
 Docta repercusso generauit carmina plectro:  
 Caelestes ulli si sunt, hac uoce locuntur! 34  
 TH. Huc huc, Pierides, uolucris concedite saltu: 36  
 Hic Heliconis opes florent, hic uester Apollo est!  
 Tu quoque Troia sacros cineres ad sidera tolle  
 Atque Agamemnonis opus hoc ostende Mycenis!  
 Iam tanti cecidisse fuit! gaudete, ruinae, 40  
 Et laudate rogos: uester nos tollit alumnus! 41  
 Uenerat ad modulos doctarum turba sororum, 35  
 . . . . . 42  
 Venerat en et Maeonides, cui plurima barba  
 Albaque caesaries pleno radiabat honore.  
 Ergo ut diuinis implentur uocibus aerae, 45  
 Candida flauenti discinxit tempora uitta  
 Caesareumque caput merito uelauit amicta.  
 Haud procul Iliaco quondam non signior ore  
 Stabat et ipsa suas delebat Mantua cartas.

\* \* \*

31 totas scripsi: toto E totum Riesius || 24 It scripsi: Et E |  
 citare E || 32 phoebus, e supra lin. E || uersum qui 35 est in E post  
 41 traieci || 37 eliconis E || 38 Tum quoque E; malim Tuque o |  
 sacros ex sacres corr. E || 39 agamemnonis E || 35 sororum  
 Hagenus: sonarum E || 42 totus et 43 ex maiore parte nunc  
 culpa biblioepi male cultro abusi desunt in E: 42, nisi fallor,  
 Musarum descriptionem continuit; 43 meo Marte explorare studui  
 ad indicandam sententiam; qua non perspecta u. 44 Albaque  
 uarie immutabant || 45 implentur — aerae scripsi: impleuit  
 aures E (aeras Hagenus) || 46 discinxit Hagenus: distinxit E ||  
 47 uelauit Peiperus: celabit E (-uit Hagenus) || nulla in E  
 lacuna; Midae iudicium desiderat recte Hagenus; quamquam  
 fortasse nec Thamyrae carmen perfectum. ceterum etiam 36—49  
 Laetae tribuit doctus anonymus mus. Rhen. XXVI p. 492: at  
 quid certantes canere uellent, ipsi indicarunt u. 15 Caesareas  
 laudes (= 22—34) et u. 17 laudatam chelyn (= 36—49).

## II.

## GLYCERANUS. MYSTES.

GL. Quid tacitus, Mystes? — MY. curae mea gaudia  
 turbant:  
 Cura dapes sequitur, magis inter pocula surgit  
 Et grauis anxietas laetis incumbere gaudet.  
 GL. Non satis accipio. — MY. nec me iuuat omnia fari.  
 GL. Forsitan imposuit pecori lupus? — MY. haud timet  
 hostes 5  
 Turba canum uigilans. — GL. uigiles quoque som-  
 nus adumbrat.  
 MY. Altius est, Glycerane, aliquid, non quod patet: erras.  
 GL. Atquin turbari sine uentis non solet aequor.  
 MY. Quod minime reris, satias mea gaudia uexat.  
 GL. Deliciae somnusque solent adamare querellas. 10  
 MY. Ergo si causas curarum scire laboras —  
 GL. Quae spargit ramos, tremula nos uestiet umbra  
 Ulmus, et en tenero corpus summittere prato  
 Herba iubet: tu dic, quae sit tibi causa tacendi.  
 MY. Cernis ut adtrito diffusus cespate pagus 15  
 Annua uota ferat sollemnisque inchoet aras?  
 Spirant templa mero, resonant caua tympana palmis,  
 Maenalides teneras ducunt per sacra choreas,  
 Tibia laeta canit, pendet sacer hircus ab ulmo  
 Et iam nudatis ceruicibus exiit exta. 20

In titulo Glyceranus E || 6 sonus E || 7 glicerane E | non  
 quod patet scripsi: non non pater E non hoc, pater Riesius ||  
 10 Deliciae E || 11 labores E | post 11 lacunae signa ponit Hage-  
 nus; 11 post 15 traieci Riesius; at interrumpit apte Glyceranus  
 alterius uerba || 12 GL hic omissum ad u. 13 habet E || 13 Ulmus  
 et in (en ego) Buechelerus: Uetimus et E (Uetimus ex Ulmus  
 suprascripto et ortum puta) En (Uel Hagenus) thymus Peipe-  
 rus || 15 cespate pagus scripsi: cortice fagus E cortice Bacchus  
 Hagenus (quod non quadrat ad sequentia) | 16 inchoet scripsi:  
 inbuet E inbuat Hagenus induat Peiperus || 19 Minalides (ae  
 supra prior. i) E || 20 Tybia E | extra, u supra ex, E

Ergo nunc dubio pugnant discrimine nati  
 Et negat huic aevo stolidum pecus aurea regna?  
 Saturni rediere dies Astraetae uirgo  
 Tutaque in antiquos redierunt saecula mores.  
 Condit secura totas spe messor aristas, 25  
 Languescit senio Bacchus, pecus errat in herba,  
 Nec gladio metimus nec clausis oppida muris  
 Bella tacenda parant; nullo iam noxia partu  
 Femina quaecumque est hostem parit. arua iuuentus  
 Nuda fodit tardoque puer domifactus aratro 30  
 Miratur patriis pendentem sedibus ensem.  
 Est procul a nobis infelix gloria Sullae  
 Trinaque tempestas, moriens cum Roma supremas  
 Desperavit opes et Martia uendidit arma.  
 Nunc tellus inculta nouos parit ubere fetus, 35  
 Nunc ratibus tutis fera non irascitur unda;  
 Mordent frena tigres, subeunt iuga sueta leones:  
 Casta faue, Lucina: tuus iam regnat Apollo!

21 nunc scripsi: num E non Hagenus olim | dubie (1 o supra e) E | puto de crimine (quod fortasse ad Britannicum Claudii successorem legitimum pertinet) || 22 solidum E, corr. Hagenus || 23 rediere dies redit astraeta certos E, corr. Hagenus || 24 Tutaque scripsi: Tutaque E || 25 secura totas scripsi: securas tota E securus tota Hagenus (tuta Riesius) || 26 bacuspecus E || 27 oppida E || 31 ensem supraser. † errat E (num uestigium lectionis pendentia — aera ?) || 32 Est scripsi: Sed E | sille E || 33 tempesta E || 34 Desperabit E | opes add. Peiperus: om. E || 35 foetus E || 37 tygres E | subeunt Guil. Schmitzius et Peiperus: subient E | sueta scripsi: sequa E || 38 of. Vergilii ecl. IV 10 | Finit subscribit E.

## XX.

## CALPURNII ECLOGAE.

Imperii Neronei initio (id quod post Sarpium docuit Hauptius in commentatione saepius laudanda, quam insertam habes eius opusculis, t. I p. 358—406) Calpurnius septem carmina buccolica scripsit, Vergilium ita secutus ut tamen circa artem metricam secundum aetatis suae placita seuerior multo austeriorque existeret. quae carmina ut iam antiquo aevo suos habuere admiratores (quippe imitator eorum Nemesianus), ita regnante Carolo Magno doctis hominibus ualde placuerunt, ut ostendit Naso, eius aevi poeta, a Duemmlero nuper [Zeitschr. f. Deutsch. Alterth. XVIII p. 58 sqq.] editus: cf. quae disserui mus. Rhen. XXX p. 627 sq. fortasse autem tum temporis grammaticus aliquis quattuor Nemesiani eclogas adiecit Calpurnio. quae coniunctio et in eis qui aetatem tulerunt codicibus optinet et ut oblitterato illius nomine iam huic tota collectio adscriberetur uulgo effecit.

Librorum manuscriptorum tria sunt genera. et principem quidem locum optinet codex quidam Germanicus hodie deperditus, quem G significauimus. in codice Harleiano 2578, qui saeculo XV uel XVI scriptus inter uaria et antiquorum et recentium carmina eclogas nostras continet, post has folio 49<sup>a</sup> haec leguntur: *collatus accuratissime hic codex cum illo uetustissimo: quem Thadeus Ugoletus panoniae regis bibliothecae praefectus e germania secum attulit. et cum illo*

quem Iohannes Boccaccius propria manu scripsisse traditur bibliothecae sancti spiritus florentini dicatum et cum plerisque aliis: ubi titulum et operis diuisionem: multa etiam carmina reperimus, et quod ad priora uerba, simillima subscriptio habetur in codice Riccardiano L. III num. XIV in 4; nam postquam in fine Calpurnii adnotatum est: *ex uetustissimo codice e Germania allato hic est transcriptus titulus: finis Bucolicorum Calpurnii. Aurelii Nemesiani Poetae Carthaginensis Ecloga prima etc.*, in huius fine haec habentur: *contuli ego Nicolaus Angelus hunc codicem cum multisque aliis et cum illo uetustissimo codice, quem nobis Thadeus Ugoletus Parmensis Pannoniae Regis Bibliothecae praefectus e Germania allatum accommodauit, in quo multa carmina\*) sunt reperta anno salutis 1492. porro Angelus Ugoletus cum circa a. 1500 Parmae ederet eclogas, eisdem fere uerbis et Thadaei codice se usum esse affirmat et inter Calpurnii Nemesianique carmina distinguit. codices autem commemorati Harleianus Riccardianusque, cum ad uulgaris notae textum pauca lectiones ex membrana Germanica fortuito excerptas adscribant aut cum illo contaminent, ad rem quidem criticam nullius sunt momenti, sed ipsis tamen lectionibus excerptis demonstrant, quinam codicum saeculo XV in Italia scriptorum ex G fluxerint. nimirum et scripturas illas et illam inter amborum poetarum opuscula diuisionem praeferunt duo libri:*

g, codex Gaddianus plut. 90, 12 inf. [cf. Bandinius, biblioth. Gaddian. catal.], saeculo XV fere medio in carta scriptus, qui optime exemplar uetustum exhibet. in fronte cum hunc gerat titulum *Eglogae Calpurnii adnemesianum cartaginiensem*, in fine tamen Calpurnii praebet: *Explicit sexta* [cf. appar. crit.] *egloga*

\*) carmina accipe uersus; quorum non pauci sane ex G primum prodire.

*Calpurnii. Aurelii nemesiani Cartaginensis eglogae incipiunt.* ipse a. 1872 excussus. cum hoc gemellus est, quamquam deterior aliquantulum:

n, codex Neapolitanus musei Borbonici CCCLXXX [cf. Ianellii catalogus p. 254 sq.], paulo ante saeculum XV medium in membrana scriptus, titulis carens (nam manus recens saec. XVI, quae et in textu multa correxit, in initio *Calpurnii eclogae* et postea *Nemesiani eclogae* adscripsit), sed subscriptionem hanc: *Aureliani Nemesiani Cartaḡ bucol. Explicit. Deo gratias Amen* habens. contuli a. 1872.

Ex horum igitur consensu efficitur libri G memoria. inde autem quod g et n longe ante Thadaei Ugoleti tempus scripti sunt, uidemus G iam ineunte saeculo XV a docto quodam Italo in Germania inuestigatum descriptumque esse.

Secundum sibi uindicant locum libri quidam Gallici, scilicet P, Parisinus 8049, de quo cf. Buechelerus in Petronii edit. mai. p. XX sq., qui in media parte, saeculo XII quam equidem attribuo, post Petronium inde a fol. 25<sup>a</sup> habet praemisso titulo *Incipit egloga Calpurnii carmina usque ad IV 12, ubi reliquo paginae spatio uacuo relicto desinit; ipse a. 1875 contuli\**. — hic etiam nominanda sunt excerpta in libris Parisinis 7647 saec. XII—XIII fol. 114 et 17903 saec. XIII fol. 74 (*Par.*), qui post laudem Pisonis [cf. uol. I p. 222 sq.] praemissa inscriptione *Calpurnius (Scalpurius alter) in bucolicis nonnullos uersus ex Calpurnii Nemesianique eclogis* habent.

Tertium denique genus est librorum uulgarium

\*) coniunctissimus cum hoc Parisino fuisse uidetur codex a Poggio in Britannia repertus, de quo ille haec ad Niccolum a. 1423 scribit: *mittas ad me oro Bucolicam Calpurnii et partem Petronii, quas misi tibi ex Britannia*; cf. Hauptius I. I. p. 372. fortasse est is liber quem Bituricum in Petronio uocat Pithoeus.

saeculo XV in Italia scriptorum, qui omnes redeunt ad communem archetypum multifariam corruptum interpolatumque et cum P cognatum. qui utrum Poggii Britannicus an Boccaccii ille codex ab Harleiani scriba commemoratus fuerit, mihi discernere non licet; nam hic quidem sine dubio a. 1471 una cum plerisque Boccaccii libris incendio est consumptus [cf. Bluhmii iter ital. II 91]. uellem, comparatis quam plurimis apographis Italicis ubique certo possem indicare archetypi illius scripturas. sed cum olim in Italia uersans harum eclogarum codices ita peruoluerem ut num cum G cohaerent mihi liqueret, postea ubi his libris Italicis in textu recensendo aliquem saltim locum esse intellexi erratum pristinum non plane resarcire potui. contuli scilicet quos tunc nancisci licuit codices Vossianum L. Q. 107 fol. 68—88, Rehdigeranos I. 4. 10 fol. 4—24 et I. 4. 11 fol. 3—27; porro Rud. Ehwaldi benignitati debeo Gothani 55 (qui desinit in Calpurnii VII 65) scripturas accurate enotatas. his adiungens quaecumque priores e suis codicibus attulerant, in uniuersum quidem de Italicorum (quos siglum I denotat) lectionibus certior sum factus, sed restant tamen nonnulli loci, quibus iure meo dubitem. optandum est igitur ut quis iuniorum, cui Italiam permigranti ea data est potestas, codicibus quam plurimis diligenter acquisitis Italicorum archetypum secundum artis praecepta ita restituat ut iam quid ad hunc quid ad correctores sit referendum appareat. quamquam enim ad ipsum textum parum inde est redundaturum, tamen ipsa certa scientia prodest inuatque.

Post editiones Burmanni [Poet. lat. min. I. 541 sqq.], Wernsdorffii [P. l. m. II 73 sqq.], Chr. D. Beckii [Lipsiae 1803] et Glaeseri [Gottingae 1842] scripserunt de Calpurnii Nemesianique eclogis Hauptius l. l. et Iac. Maehly in appendice ad librum de Sophoclis Oedipo Col. conscriptum [Basil. 1868 p. 101 sqq.].

## I.

## [Corydon. Ornytus.]

- C. Nondum solis equos decliuis mitigat aestas,  
 Quamuis et madidis incumbant praela racemis  
 Et spument rauco feruentia musta susurro.  
 Cernis ut ecce pater quas tradidit, Ornyte, uaccae  
 Molle sub hirsuta latus explicuere genista? 5  
 Nos quoque uicinis cur non succedimus umbris?  
 Torrida cur solo defendimus ora galero?
- O. Hoc potius, frater Corydon, nemus, antra petamus  
 Ista patris Fauni, graciles ubi pinca denset  
 Silua comas rabidoque caput leuat obuia soli, 10  
 Bullantes ubi fagus aquas radice sub ipsa  
 Protegit et ramis errantibus implicat umbras.
- C. Quo me cumque uocas, sequor, Ornyte; nam mea  
 Leuce,  
 Dum negat amplexus nocturnaue gaudia nobis,  
 Peruia cornigeri fecit sacraria Fauni. 15  
 Prome igitur calamos et si qua recondita seruas.  
 Nec tibi defuerit mea fistula, quam mihi nuper  
 Matura docilis compegit harundine Ladon.
- O. Et iam captatae pariter successimus umbrae.

*Titulus deest in GP; interlocutores corydon et ornytus similiaue nonnulli ex I praefigunt* || 1 Nondum P | decliuis gIP: declinis n, ut uoluit Heinsius || 2 Quatinus I ex parte | praeda P || 3 iniusta P || 4 ornyce P ornite GI | baccae g || 5 Molle sub IP: Molliter G | yrsuta P || 6 subced. g || 8 coridon G corridon P | antra G: ista IP || 9 Ista G: Antra IP | gracilis I | denset (-ent n) GP: densat I ex parte maiore || 10 rabidoque scripsi lectt. lat. p. 35: rapidoque O | capu g || 11 ubi] ut (mgo at et) g || 12 Protegit ex -gis corr. g | errantes g || 13 uacas P | sequor gIP: sequar n solus | leuce GP: uarie corruerunt I || 14 noturnaue g || 15 Preuia P || ante 16 Ornytus I plerique || 16 chal. g || 17 mea GP: noua I plerique || 18 Natura P | docili ≡ n | arundine g | ladon GP: lydon I || 19 sqq. Ornyto dat P: nota carent GI (ex quibus nonnulli Cor. ante 20) || 19 En Maehly | captata (mgo at cap-

- Sed quanam sacra descripta est pagina fago, 20  
 Quam modo nescio quis properanti falce notauit?  
 Aspicias ut uirides etiam nunc littera rimas  
 Seruet et areni nondum se laxet hiatus?
- C. Ornyte, fer proprius tua lumina: tu potes alto  
 Cortice descriptos citius percurrere uersus; 25  
 Nam tibi longa satis pater internodia largus  
 Procerumque dedit mater non inuida corpus.
- O. Non pastor, non haec triuiali more uiator,  
 Sed deus ipse canit: nihil armentale resultat,  
 Nec montana sacros distinguunt iubila uersus. 30
- C. Mira refers; sed rumpe moras oculoque sequaci  
 Quamprimum nobis diuinum perlege carmen.
- O. Qui iuga, qui siluas tueor, satus aethere Faunus,  
 Haec populis uentura cano: iuuat arbore sacra  
 Laeta patefactis incidere carmina fati. 35  
 Uos o praecipue nemorum gaudete coloni,  
 Uos populi gaudete mei: licet omne uagetur  
 Securo custode pecus nocturnaue pastor  
 Claudere fraxinea nolit praesepia crate:  
 Non tamen insidias praedator ouilibus ulla 40  
 Afferet aut laxis abiget iumenta capistris.  
 Aurea secura cum pace renascitur aetas  
 Et redit ad terras tandem squalore situque  
 Alma Themis posito iuuenemque beata sequuntur  
 Saecula, maternis causam qui uicit Iulis. 45

tate) g | pariter om. P | subcess. g || 20 sacro g | descripta IP  
 (n mgo m. rec.): depicta G || 21 qui n || 22 litera n P || 23 seru&t  
 et P || 24 Ornite O | altos G || 25 Codice dstrictos g | sycios P ||  
 28 hoc I | triuiali IP; tibi uili G || 29 resultat O: resultat pauci I  
 30 om. g | Non I | distinguunt nP || 31 in marg. add. post 32 in n,  
 qui oculosq; || 35 fati Ulitius: fagis O || 38 pecus om. P | notur-  
 naq; g || 39 fraxinea P || 41 Afferret P || 42 habent IP: om. G (in  
 n add. mgo m. rec.) | sincera Burmannus Saturni Friesemannus ||  
 43 reddit P || 44 temis g thenis P || 45 maternis ex maternis  
 corr. n | uicit GP: lusit I | iulis O: in ulnis edd. ant.

Dum populos deus ipse reget, dabit impia uictas  
 Post tergum Bellona manus spoliataque telis  
 In sua uesanos torquebit uiscera morsus  
 Et, modo quae toto ciuilia distulit orbe,  
 Secum bella geret: nullos iam Roma Philippos 50  
 Deflebit, nullos ducet captiua triumphos;  
 Omnia Tartareo subigentur carcere bella  
 Immergentque caput tenebris lucemque timebunt.  
 Candida pax aderit; nec solum candida uultu,  
 Qualis saepe fuit ceu libera Marte professo, 55  
 Quae domito procul hoste tamen grassantibus armis  
 Iubila diffudit tacito discordia ferro:  
 Omne procul uitium simulatae cedere pacis  
 Iussit et insanos Clementia contudit enses.  
 Nulla catenati feralis pompa senatus 60  
 Carnificum lassabit opus, nec carcere pleno  
 Infelix raras numerabit curia patres.  
 Plena quies aderit, quae stricti nescia ferri  
 Altera Saturni referet Latialia regna,  
 Altera regna Numae, qui primus ouantia caede 65  
 Agmina, Romuleis et adhuc ardentia castris  
 Pacis opus docuit iussitque silentibus armis  
 Inter sacra tubas, non inter bella, sonare.  
 Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris

46 deus] reget g, sed corr. | uictas GP: uictas I || 47 Post-  
 gum (= Pos tergum) P || 48 uesano — morsis (u supra i  
 punctatam) n || 50 philippos nP || 51 om. I | Deflebit P | trium-  
 pos P || 52 subiguntur P subdentur I ex parte | bella num  
 sanum? || 53 Imm. g: Imm. nI Imuerguntque P | capu g capud  
 P || 55 Quali Burmannus | ceu (uel quasi) scripsi: quae O, quam  
 (ut et u. seq.) Barthius cum bis Beckius | profuso g || 56 gra-  
 santibus n crassantibus gI; cessantibus Heinsius, quo accepto  
 palam pro tamen Machly || 57 iubila Godofr. Hermannus: Pu-  
 blica O, quo seruato confodit t. praecordia f. Machly | diffugit  
 I ex parte || 59 contudit GP: condidit I || 60 catenati P || 61 las-  
 sabit I: lassabit gP lassabis (ss ex corr.?) n || 63 quam (mgo  
 at que) stripti g || 64 referet (-rent g) G: reuocet IP | lacialia  
 P || 68 Intra — intra g

- Nec uacuos tacitus fascēs et inane tribunal 70  
 Accipiet consul; sed legibus omne reductis  
 Ius aderit moremque fori uultumque priorem  
 Reddet, et afflictum melior deus auferet aeuum.  
 Exultet quaecumque notum gens ima iacentem  
 Erectumue colit boream, quaecumque uel ortu 75  
 Uel patet occasu medioe sub aethere feruit.  
 Cernitis ut puro nox iam uicesima caelo  
 Fulgeat et placida radiantem luce cometem  
 Proferat? ut liquidum niteat sine uulnere plenus?  
 Numquid utrumque polum, sicut solet, igne cruento 80  
 Spargit et ardenti scintillat sanguine lampas?  
 At quondam non talis erat, cum Caesare rapto  
 Indixit miseris fatalia ciuibus arma.  
 Scilicet ipse deus Romanae pondera molis  
 Fortibus excipiet sic inconcussa lacertis, 85  
 Ut neque translati sonitu fragor intonet orbis  
 Nec prius ex meritis defunctos Roma penates  
 Censeat, occasus nisi cum respexerit ortus.  
 C. Ornyte, iam dudum uelut ipso numine plenum  
 Me quatit et mixtus subit inter gaudia terror. 90  
 Sed bona facundi ueneremur numina Fauni.  
 O. Carmina, quae nobis deus obtulit ipse canenda,

70 uacuos *Burmānus* | fascēs **P** | et inane **GP**: etiamne **I** ||  
 71 reductus **g** || 73 auferet **GI**: afferet **P** (*et ita n corr.*) || 74 quacumque **g** | nothum — giacentem **P** || 75 Erectumque **O** (*Erept. P*), *correci*; Euectumue *Heinsius* | quacumque **g** || 76 feruit **gP**: seruit **nI** || 77 uicesima **g** || 78 placidum radianti **I** | cometem **g** || 79 niteat *Ullius*: mutat **G** mittat **P** nutet **I** *ex parte* (nutat, mutat, mittat *ceteri*) nictet *Barthius* | plenus **P**: sidus **GI** || 80 Numquid **G**: Non quod **IP** (Non per **I** *ex parte*) | cruento **GP**: cremato **I** || 82 n̄ talis *ex natalis corr.* **P** || 84 Sedis (*mgo m. rec.* scilicet) **n** | ipse deus, *suprascr.* ille, **P** || 85 accipiet **g** excipiant **P** || 87 *ex IP* (*n m. rec. suprascr.*): a **G** || 88 Sentiat **I** *pauci* | occasus **P** | resperserit **g** || 89 Ornite **O** | uelu **g** uelit **P** | plenum **GP**: plenus **I** || 90 quatit **IP**: petit **g** querit **n**, unde ferit *conicias* | mistus **g** || 92 **O. om. P, I** *ex parte* | ipsa **n om. g**

Dicamus teretique sonum modulemur auena:  
 Forsitan augustas feret haec Meliboeus ad aures.

## II.

## [Idas. Astacus. Thyrsis.]

Intactam Crocalen puer Astacus et puer Idas,  
 Idas lanigeri dominus gregis, Astacus horti,  
 Dilexere diu, formosus uterque nec impar  
 Voce sonans. hi cum terras grauis ureret aestas,  
 Ad gelidos fontes et easdem forte sub ulmos 5  
 Conueniunt dulcique simul contendere cantu  
 Pignoribusque parant: placet, hic ne uellera septem,  
 Ille sui uictus ne messem uindicet horti;  
 Et magnum certamen erat sub iudice Thyrsi.  
 Affuit omne genus pecudum, genus omne ferarum 10  
 Et quaecumque uagis auium ferit aera pennis.  
 Conuenit umbrosa quicumque sub ilice lentus  
 Pascit oues, Faunusque pater Satyrique bicornes;  
 Affuerunt sicco Dryades pede, Naides udo,  
 Et tenere suos properantia flumina cursus; 15  
 Desistunt tremulis incurrere frondibus Euri  
 Altaque per totos fecere silentia montes:

93 teritig; **n** tereaque **P** || 94 meliboeus **gP** | aures **GI**: auras **P** | Explicit prima **g**

II. *Continuatur priori in P, nullus titulus in G; personas praefigunt I ex parte* || 1 *ntantam, omissa litt. initiali, P* | crocalē **P** crocalem **g** crotalem **n**; (crocalen, crocalem, crotalen, crotalem **I**) | ydas **gP** *itidemque u. 2* || 2 orti **GP** || 3 *nec Modius: sed O* || 4 hii cum terras **G**: terras hii(ii) cum **I** hie (*om. cum terras*) **P** || 5 ulmos **IP**: umbras **G** || 6 contendere *ex condendere corr.* **g** || 7 hic ne *scripsi*: hic ut **O** || 8 uindicet **n** | orti **GP** || 9 tyrsi **GP** (**n** *in tyrsio corr.*): thyrsio (tyrsio, *sim.*) **I** || 10 pecorum (*suprascr.* at pecudum) **g** || 11 auium *Barthius*: altum **O** || 12 illice **n** | lentus *scripsi lect. lat. p. 36*: lentas **O** || 13 satirig; **g** || 14 Affuerant **GP, I** *ex parte* | driades **GP** | naides **P**: naiades **GI** (nayades **g**) | ubo **P** || 16 euri] *cris P*

- Omnia cessabant, neglectaque pascua tauri  
 Calcabant, illis etiam certantibus ausa est  
 Daedala nectareos apis intermittere flores. 20  
 Iamque sub annosa medius considerat umbra  
 Thyrsis et 'o pueri me indice pignora' dixit  
 'Irrita sint moneo: satis hoc mercedis habete,  
 Si laudem uictor, si fert obprobria uictus.  
 Et nunc alternos magis ut distinguere cantus 25  
 Possitis, ter quisque manus iactate micantes.'  
 Nec mora: decernunt digitis, prior incipit Idas.  
 I. Me Siluanus amat, dociles mihi donat auenas  
 Et mea frondenti circumdat tempora taeda.  
 Ille etiam paruo dixit mihi non leue carmen: 30  
 'Iam leuis obliqua crescat tibi fistula canna.'  
 A. At mihi Flora comas pallenti gramine pingit  
 Et Matuta mihi noua poma sub arbore fundit.  
 'Accipe' dixerunt Nymphae 'puer, accipe fontes:  
 Iam potes irriguos nutrire canalibus hortos.' 35  
 I. Me docet ipsa Pales cultum gregis, ut niger albae  
 Terga maritus ouis nascenti mutet in agna,

18 neglectaque nP neglectaq; g || 18, 19 cessabant illis certanti-  
 bus *mediis uerbis et illo etiam omissis* I || 20 intramittere g || 21 Iam  
 sub P | annosa — umbra GP: umbrosa — ulmo I | medius | meolus  
 P || 22 Tyrsis n Tirsys g Tyrsi P Thyrsus I | indice pignora P || 23 sa-  
 tis — 24 uictus *habent ex. Paris.* || 23 hoc I *Par.*: hac P hic  
 G | habete *Kempferus*: habeto nI, et P ita ut t *supra lin. sit*  
*addita*, habento g habetis *Par.* || 24 feret g | obprob. P, I *ex*  
*parte*: obprob. g opprob. n, I *ceteri, Par.* | uictor P || 25 distinguere P ||  
 26 quique g | iactare P (I *ex parte*) || 27 decernunt G: dis-  
 cernunt IP | ydas G || 29 teda G deda P || 30 Ille cerā P | paruo  
 GP: paruo hoc I || 31 *puto* Iam teres | crescat GP: crescit I  
 crescit *Maehly* | cana P || 32 At m. flora G: Et m. flore IP |  
 pallenti *A. de Rooy*: parienti O | pingit (= ornat) GP: spargit  
 I cingit *Hauptius* || 33 Matuta mihi *Ascensius*: matura mihi O  
 mihi matura *edd. ant.* | noua poma *scripsi*: pomona g (n *mqo*  
*m rec.*) poma n pomona P peram(o)ena I | ardore P | fundit  
*Titus*: ludit O plaudit *Hauptius* || 35 Iam GP: Nam I | inri-  
 guis P irriguis I | mutare I | ortos (-tus n) GP || 36 decet g ||  
 37 mutat g; misceat agnae *Maehly*

- Quae neque diuersi speciem seruare parentis  
 Possit et ambiguo testetur utrumque colore.  
 A. Non minus arte mea mutabilis induit arbos 40  
 Ignotas frondes et non genitalia poma:  
 Ars mea nunc malo pira temperat et modo cogit  
 Insita praecoquibus subrepere persica prunis.  
 I. Me teneras salices iuuat aut oleastra putare  
 Et gregibus portare nouis, ut carpere frondes 45  
 Condiscant primoque recidere gramina morsu,  
 Ne depulsa uagas quaerat fetura parentes.  
 A. At mihi cum uulsis radicibus arida tellus  
 Pangitur, irriguo perfunditur area fonte  
 Et satiatur aqua, sucos ne forte priores 50  
 Languida mutata quaerant plantaria terra.  
 I. O si quis Crocalen deus afferat! hunc ego terris,  
 Hunc ego sideribus solum regnare fatebor;  
 Secernamque nemus dicamque: 'sub arbore numen  
 Hac erit; ite procul — sacer est locus — ite profani.' 55  
 A. Urimur in Crocalen: si quis mea uota deorum  
 Audiat, huic soli, uirides qua gemmeus undas  
 Fons agit et tremulo percurrit lilia riuo,  
 Inter pampineas ponetur faginus ulmos.  
 I. Ne contemne casas et pastoralia tecta: 60  
 Rusticus est, fateor, sed non et barbarus Idas.  
 Saepe uaporato mihi cespite palpitat agnus,  
 Saepe cadit festis deuota Parilibus agna.  
 A. Nos quoque pomiferi laribus consueuimus horti

40 mirabilis i. arbor P || 43 pessica P || 44 iuuat *ex* iuuas *corr.*  
 g || 45 nouis G: nouas IP || 46 Condiscant P | germina n || 47 uagas  
*Scaliger*: uagos O | factura P foetura n || 48 At G: Et IP | uulsis  
 (*uel* furuis) *Burmannus*: fuluis O | arida G: altera IP || 49 Pandi-  
 tur I | irigno P || 50 succos Pn || 52 crocalem g crotalem n talē  
 P; *uariant* I || 53 ego *om.* P || 54 Secernamque *Gronouius obs.*  
 3, 13: Decernamque GP Dicam namque I || 55 Hac *Ullius*: Hoc  
 O | prophani g || 56 crocalē nP crochalem g | nota P || 57 Audeat  
 P | uirides etiā gēmes n || 58 percurit n || 60 contempne GP ||  
 61 et GP: est I | ydas g || 63 palilibus I || 64 orti GP



- Mittere primitias et figere liba Priapo, 65  
 Rorantesque fauos damus et liquentia mella;  
 Nec sunt grata minus, quam si caper imbuat aras.
- I. Mille sub uberibus balantes pascimus agnas,  
 Totque Tarentinae praestant mihi uellera matres;  
 Per totum niueus premitur mihi caseus annus: 70  
 Si uenias, Crocale, totus tibi seruiet annus.
- A. Qui numerare uelit, quam multa sub arbore nostra  
 Poma legam, tennes citius numerabit arenas.  
 Semper olus metimus, nec bruma nec impedit aestas:  
 Si uenias, Crocale, totus tibi seruiet hortus. 75
- I. Quamuis siccus ager languentes excoquat herbas,  
 Sume tamen calathos nutanti lacte coactos:  
 Vellera tunc dabimus, cum primum tempus apricum  
 Surget et a tepidis fiet tonsura Kalendis.
- A. At nos, quos etiam praetorrida munerat aestas, 80  
 Mille rendenti dabimus tibi cortice chias,  
 Castaneasque nuces totidem, cum sole Decembri  
 Maturis nucibus uirides rampentur echinni.
- I. Num, precor, informis uideor tibi? num grauis annis?  
 Decipiorque miser, quotiens mollissima tango 85  
 Ora manu primique sequor uestigia floris  
 Nescius et gracili digitos lanugine fallo?
- A. Fontibus in liquidis quotiens me conspicor, ipse  
 Admiror totiens. etenim sic flore iuuentae

65 figere GP: fundere I fingere *edd. vet.* || 67 sunt GP: fore uel fere I || 68 balantes GP: palantes *similiae* I || 70 niueus P || 71 crochale g | seruiat P | annus O: ornus I *pauca*, unde hornus *edd. vet.* || 73 tennes citius g: tennes cuius P citius tennes nI | ennumerab P | arenas O: aristas *uulgo* || 74 holus n | metitur P | prima P || 75 seruiat P | ortus GP || 76 langentes excoquat P excoquat n || 77 Sume G | tamen] t'ra n | calatos G || 79 balendis P || 80 At GP: Et I | p'torrida P | numerat G (*corr. g mgo*) || 81 renitendi n redempti P renitenti I | tibi] cū g | chias G: cymas P thilas uel *similia* I || 82 Canasteasque nices P | decembri G: nouembri IP || 83 echinni, ita O || 84 Nunc — nunc P || 85 Decipiorque P Decrepitusque I *ex parte* || 88 quociens n, om. g, quoties P | ipse G: esse IP

- Induimur uultus, ut in arbore saepe notauit 90  
 Cerea sub tenui lucere Cydonia lana.
- I. Carmina poscit amor, et fistula cedit amori.  
 Sed fugit ecce dies reuocatque crepuscula uesper.  
 Hinc tu, Daphni, greges, illinc agat Alpheisiboeus.
- A. Iam resonant frondes, iam cantibus obstrepit arbor: 95  
 I procul, o Doryla, riuumque reclude canali  
 Et sine iam dudum sitientes irriget hortos. —  
 Uix ea finierant, senior cum talia Thyrsis:  
 'Este pares et ob hoc concordēs uiuite; nam uos  
 Et decor et cantus et amor sociauit et aetas.' 100

## III.

## [Iollas. Lycidas.]

- I. Numquid in hac, Lycida, uidisti forte iuuenecam  
 Ualle meam? solet ista tuis occurrere tauris,  
 Et iam paene duas, dum quaeritur, eximit horas;  
 Nec tamen apparet. duris ego perdita ruscis  
 Iam dudum nullus dubitauit crura rubetis 5  
 Scindere, nec quidquam post tantum sanguinis egi.

90 Induimur *Heinsius*: Induimus O || 91 sub tātū lucē P | cinodia g cynodia n seydonea P || 92 p̄sit P | et scripsi *mus. Rhen. XXVII p. 186*: nec O | cedit O: sistit I *ex parte* sordet (*seruato* nec) *Hauptius* || 94 dāpni g dām P | illi ne P | alpheisiboeus GP || 95 cratibus I *ex parte* | arbor *ex arbor corr.* n arbor P || 96 Hic procul P | o GI: y n, et P i *Hauptius* | dorila GP (*in g post dorida expunctum*): dorida uel dirida I | riuumque scripsi: primumque O plenumque *Hauptius* | canali scripsi: canale G canale IP || 97 sicientes P sacientes n | origet P | ortos GP || 98 tyrsis gP tirsis n || 99 Ite *Burmānus*; malim Arte | ab hoc I *pauca* | inuite P || 100 sociauit P sotiauit g | Explicit secunda g

III. *Continuatur priori in P ita ut N littera sit distincta; interualtum sine inscriptione in G et I, qui ex parte titulos praefigunt* || 1 Nōquid P || 2 ista GI: illa I | thauris g tātis P || 3 eximit oras P || 5 nullus *Heinsius*: nullis O (*multis g, sed corr. in marg.*) || 6 nec quicquam nI nequisquam P | tantum g tantum P

- L. Non satis attendi: nec enim uacat. uror, Iolla,  
Uror, et inmodice: Lycidan ingrata reliquit  
Phyllis amatque nouum post tot mea munera Mopsum.
- I. Mobilior uentis o femina! sic tua Phyllis: 10  
Quae sibi, nam memini, si quando solus abesses,  
Mella etiam sine te iurabat amara uideri.
- L. Altius ista querar, si forte uacabis, Iolla.  
Has pete nunc salices et laeuas flecte sub ulmos.  
Nam cum prata calent, illic requiescere noster 15  
Taurus amat gelidaque iacet spatiosus in umbra  
Et matutinas reuocat palearibus herbas.
- I. Non equidem, Lycida, quamuis contemptus, abibo.  
Tityre, quas dixit, salices pete solus et illine,  
Si tamen inuenies, deprensam uerbere multo 20  
Huc age; sed fractum referas hostile memento.  
Nunc age dic, Lycida: quae noxam magna tulere  
Iurgia? quis uestro deus interuenit amori?
- L. Phyllide contentus sola (tu testis, Iolla)  
Callirhoen spreui, quamuis cum dote rogaret: 25  
En, sibi cum Mopso calamos intexere cera  
Incipit et puero comitata sub ilice cantat.  
Haec ego cum uidi, fateor, sic intimus arsi,

7 atendi P | nec G: neque IP | yolla gP (semper) || 8 im-  
mod. n | licidan n licidam g licida P | reliquit P || 9 Phyl-  
lis GI Phit P (sic u. 10) | uulnera I | i opsu (su supra tin.) P ||  
10 Mobilior — femina habent exc. Par. || 11 nemini n || 13 qrat  
P | uocabis n uacabit I ex parte || 16 spatiosus I || 17 reuocat,  
mgo at ruminat. g; num renouat? || 18 quauis G, num recte? |  
contemptus P: contentus GI | adhibo P || 19 Tityre g | dicit g  
dixi I ex parte | solus O: l(a)etus I ex parte, unde laeuus  
Barthius || 20 inuenias g | depressam n depressa P || 21 sed IP:  
si G | refferas n | astile g || 22 lucida P | noxam scripsi: nos  
tam G uos tam IP; liberius uobis tanta fuere Maehly | mana  
P || 23 deus spatio relicto om. g || 24 Phyllide O, ut et postea | con-  
temptus P | sola tu GP: tu solus I | es in fine addunt IP,  
om. G || 25 Calyorē g Calliorē n Calliroen P, I plerique | spreui |  
spiritū suprascr. m. rec. speciem) n || 26 sibi IP: ibi G | cala-  
mus P || 27 illice n || 28 Hoc I | dum n

- Ut nihil ulterius tulerim. nam protinus ambas  
Diduxi tunicas et pectora nuda cecidi. 30  
Alcippen irata petit dixitque: 'relicto  
Improbe, te, Lycida, Mopsum tua Phyllis amabit.'  
Nunc penes Alcippen manet; ac ne forte negetur,  
A! uereor; nec tam nobis ego Phyllida reddi  
Exopto quam cum Mopso iurgetur anhelu. 35
- I. A te coeperunt tua iurgia; tu prior illi  
Uictas tende manus; decet indulgere puellae,  
Uel cum prima nocet. si quid mandare iuuabit,  
Sedulius iratae contingam nuntius aures.
- L. Iam dudum meditor, quo Phyllida carmine placem. 40  
Forsitan audito poterit mitescere cantu;  
Et solet illa meas ad sidera ferre Camenas.
- I. Dic age; nam cerasi tua cortice uerba notabo  
Et decisa feram rutilanti carmina libro.
- L. 'Has tibi, Phylli, preces iam pallidas, hos tibi  
cantus 45  
Dat Lycidas, quos nocte miser modulatur acerba,  
Dum flet et excusso disperdit lumina somno.  
Non sic destrecta marcescit turdus oliua,  
Non lepus, extremas legulus cum sustulit unas,  
Ut Lycidas domina sine Phyllide tabidus erro. 50

29 Et P || 30 Deduxi I || 31 Accipe uirata P || 32 thelio-  
cida i opsu P | mossum g | amabat P || 33 alcipē P | hac g |  
negetur GP: uagetur I || 34 Ah n Hac g Ha P || 35 cum g:  
quod nIP | iungetur I ex parte; quam ne M. iungatur Hein-  
sius | hanelo g amhelo n anelo P || 36 O te ceperunt G || 38 no-  
cet uulgo: nocent O | iuuabis n, corr. m. rec. || 39 iratas Heinsius |  
contingat nūptius g | aures, i supra e punctatam, P || 42 a  
sydera P || 43 nam IP: nunc G | ceras I ex parte | tua | mea  
P | notato m. rec. in notabo corr. n, notabo ita ut bo ex  
corr. sit P || 44 decissa P; Atque incisa Heinsius || 45 L. om. P |  
palidus n || 46 quas n | modulatus P | acerba, suprascr. i auena  
m. rec., n || 47 disperdit GP: dispergit I || 48 destrecta (dist. g)  
GP: destructa I | marcessit P macrescit I | tardus P || 49 legu-  
lis g | subst. P || 50 Et P | phyllide P | turbidus g

Te sine, uae misero, mihi lilia nigra uidentur  
 Nec sapiunt fontes et aescunt uina bibenti.  
 At si tu uenias, et candida lilia fient  
 Et sapient fontes et dulcia uina bibentur.  
 Ille ego sum Lycidas, quo te cantante solebas 55  
 Dicere felicem, cui dulcia saepe dedisti  
 Oscula nec medios dubitasti rumpere cantus  
 Atque inter calamos errantia labra petisti.  
 A dolor! et post haec placuit tibi torrida Mopsi  
 Uox et carmen iners et acerbae stridor auenae? 60  
 Quem sequeris? quem, Phylli, fugis? formosior illo  
 Dicor, et hoc ipsum mihi tu iurare solebas.  
 Sum quoque diuitior: certauerit ille tot haedos  
 Pascere quot nostri numerantur uespere tauri.  
 Quid tibi, quae nosti, referam? scis, optima Phylli, 65  
 Quam numerosa meis siccetur bucula mulctris  
 Et quam multa suos suspendat ad ubera natos.  
 Sed mihi nec gracilis sine te fiscella salicto  
 Textitur et nullo tremuere coagula lacte.  
 Quod si dura times etiam nunc uerbera, Phylli, 70  
 Tradimus ecce manus: licet illae uimine torto,  
 Si libet, et lenta post tergum uite domentur,  
 Ut mala nocturni religauit brachia Mopsi  
 Tityrus et furem medio suspendit ouili.

51 Desine P | ue nP || 52 sapient P || 53 uenies g || 54 sa-  
 piet g || 55 te G: tu IP || 57 ne m. dubitanti P || 59 Ah G Ha P |  
 post hoc I || 60 iners G: iners P inops I | et crebrae n || 61 filla  
 P || 62 iurare GP: narrare I || 63 edos g hedes P || 64 quod P ||  
 65 nostri P | sis n || 66 meis | mors P | buchula g buccula P |  
 multris g multis n in ultrix P || 67 Et qui n || 68 ne P |  
 gracili *edd. ant.* | fiscella P || 69 Toxitur g | nullo — lacte GP:  
 nulla — lactis I || 70 Quo si P || 71 ille uimine IP *et, nisi quod*  
*uigm., g illē uimine n; illae et uim. uulgo* || 72 Si libet *Bur-*  
*mannus:* Scilicet O Si placet *Machly* | ptergum *ita ut t supra*  
*lin. sit addita* (= pos tergum) P || 73 Ut I: Uī GP (Uī n) | male  
*Glaesorus* | not. g || 74 Tityrus gP Titurus n | furem medio G:  
 medio furem IP

Accipe, ne dubites, meruit manus utraque poenas. 75  
 His tamen, his isdem manibus tibi saepe palumbes,  
 Saepe etiam leporem decepta matre pauentem  
 Misimus in gremium; per me tibi lilia prima  
 Contigerunt primaeque rosae: uixdum bene florem  
 Degustarat apis, tu cingebare coronis. 80  
 Aurea sed forsā mendax tibi munera iactat,  
 Qui metere occidua ferales nocte lupinos  
 Dicitur et cocto pensare legumine panem:  
 Qui sibi tunc felix, tunc fortunatus habetur,  
 Uilia cum subigit manualibus ordea saxis. 85  
 Quod si turpis amor precibus, quod abominor, istis  
 Obstiterit, laqueum miseri nectemus ab illa  
 Ilice, quae nostros primum uiolauit amores.  
 Hi tamen ante mala figentur in arbore uersus:  
 'Credere, pastores, leuibus nolite puellis; 90  
 Phyllida Mopsus habet, Lycidan habet ultima re-  
 rum.' —  
 Nunc age, si quidquam miseris succurris, Iolla,  
 Perfer et exora modulato Phyllida cantu.  
 Ipse procul stabo uel acuta carice tectus  
 Uel propius latitans uicina saepe sub horti. 95

75 dubites G: dubita IP || 76 Hys g | is isdem P hys hysdem  
 g his hisdem n | palombes P palumbos I *ex parte* || 77 puto  
 deserta || 78 gremium G: gremio IP || 79 Contigerant (Conting.  
 P) O, *corr. Burmannus* | uixdum P || 80 Degustabat O, *corr.*  
*Heinsius* || 81 Aureas P | iactast n iactat g || 82 Qui metā P |  
 occiduas, *sed s. deleta, g;* occiduo — sole *Machly* || 83 tecto  
 n || 84 tunc — tunc IP: tum- tunc G tum — tum *edd. ant.* ||  
 85 cum | tunc P | hordea I *ex parte* | sulcis *Scaliger* || 86 si cupis  
 P | quod] que n solus || 87 Ost. g Obsteterit P | leque miser m<sup>7</sup>es-  
 temus P || 88 primum nostros I || 89 Hii n Hy g Hic P | signentur  
*Heinsius* || 91 Philida P (*ut et 93*) | habet G: amat IP | lycidan  
 n m. *rec. corr.:* lycidas (lic.) O || 92 quicquam nP | miseros P |  
 iola n || 95 uicini *Oudendorpius* | s(a)epe sub orti GP: s(a)epe  
 sub ara I; sepibus *Ulitius*

- I. Ibimus: et ueniet, nisi me praesagia fallunt.  
 Nam bonus a! dextrum fecit mihi Tityrus omen,  
 Qui redit inuenta non irritus ecce iuuenca.

## IV.

## [Meliboeus. Corydon. Amyntas.]

- M. Quid tacitus, Corydon, uultuque subinde minaci  
 Quidue sub hac platano, quam garrulus astrepit  
 umor,  
 Insueta statione sedes? iuuat algida forsitan  
 Ripa leuatque diem uicini spiritus amnis?  
 C. Carmina iam dudum, non quae memorale resultent, 5  
 Uolumus, o Meliboe; sed haec, quibus aurea possint  
 Saecula cantari, quibus et deus ipse canatur,  
 Qui populos urbesque regit pacemque togatam.  
 M. Dulce quidem resonas, nec te diuersus Apollo  
 Despiciat, o iuuenis, sed magnae numina Romae 10  
 Non ita cantari debent, ut ouile Menalcae.  
 C. Quidquid id ist, siluestre licet uideatur acutis  
 Auribus et nostro tantum memorabile pago;  
 Nam mea rusticitas, si non ualet arte polita  
 Carminis, at certe ualeat pietate probari. 15  
 Rupe sub hac eadem, quam proxima pinus obumbrat,

96 uenies I | falunt n || 97 a dextrum ego: adextro O (a dextra I ex parte; adextro n) en dextrum *Uitius* | titurus n tytirus g tyturus P | Explicit tertia g

IV. *Interuallum sine titulo in GP; uarie inscribunt I ex parte* || 1 coridon nP || 2 platano IP patula G | garulus G | obstr. g | umor P: humor *ceteri* || 3 Insueta G: Inseta P, sic uel *Insecta similiterue* I | algida *scripsi*: humida O e u. *priore* || 4 annis gP || 5 memorale P | resultet g || 6 melibee G (*ut semper*) | pessunt nI || 8 urbesque (-bisque I ex parte) O: urbemque n || 9 apolo n || 10 Desp. G: Resp. IP Respuit *Burmannus* | numina GP: munera I || 11 menalcae GP || 12 Quicquid P, qui in hoc uersu desinit || 14 et 15 habent exc. Par. || 14 Nam *scripsi*: Nunc G Par. Dum I | politi *Burmannus* || 16 om. g | quam maxima n

- Haec eadem nobis frater meditatur Amyntas,  
 Quem uicina meis natalibus admouet aetas.  
 M. Iam puerum calamos et odoraе uincula cerae  
 Iungere non cohibes, leuibus quem saepe cicutis 20  
 Ludere conantem uetuisti fronte paterna?  
 Dicentem, Corydon, te non semel ista notauit:  
 'Frange, puer, calamos et inanes desere Musas;  
 I, potius glandes rubicundaque collige corna,  
 Duc ad mulctra greges et lac uenale per urbem 25  
 Non tacitus porta. quid enim tibi fistula reddet,  
 Quo tutere famem? certe mea carmina nemo  
 Praeter ab his scopulis uentosa remurmurat echo.'  
 C. Haec ego, confiteor, dixi, Meliboe, sed olim:  
 Non eadem nobis sunt tempora, non deus idem. 30  
 Spes magis arridet: certe ne fraga rubosque  
 Colligerem uiridique famem solarer hibisco,  
 Tu facis et tua nos alit indulgentia farre;  
 Tu nostras miseratus opes docilemque iuuentam  
 Hiberna prohibes ieiunia soluere fago. 35  
 Ecce nihil querulum per te, Meliboe, sonamus;  
 Per te securā saturi recubamus in umbra  
 Et fruimur siluis Amaryllidos, ultima nuper,  
 Ultima terrarum, nisi tu, Meliboe, fuisses,  
 Littora uisuri trucibusque obnoxia Mauris  
 Pascua Geryonis, liquidis ubi cursibus ingens 40

17 meditatus I | amintas G || 18 amouet n || 20 non G: nunc I || 22 coridon G | te non G: non te I || 24 I G: Et I | rubicundaq; n || 25 ad *supra lin. add.* non te I || 24 I G: Et I | tere G: tacere (tacere) I tnear; . n. rec. n | mulctra G || 27 tuleri I || 37 in antra umbra n || 38 amarill. g amaryllidos n || 39 Littora (Litora g) terrarum et 40 Ultima uisuri (-ra n) O; uocabula Littora et Ultima traiecit *Hauptius* (*opusc.* I 362) || 40 trucibusque G (*sic*): trucibus I *ferre omnes; nimis seuerus Hauptius non tolerando hanc lenissimam synaloephen* || 41 geryonis n gerionis g: germani (-nis) I

Dicitur occiduas impellere Baetis arenas.  
 Scilicet extremo nunc ulis in orbe iacerem,  
 A dolor! et pecudes inter conductus Iberas  
 Irrita septena modularer sibila canna; 45  
 Nec quisquam nostras inter dumeta Camenas  
 Respiceret; non ipse daret mihi forsitan aurem,  
 Ipse deus uacuam longeque sonantia uota  
 Scilicet extremo non exaudiret in orbe.  
 Sed nisi forte tuas melior sonus aduocat aures 50  
 Et nostris aliena magis tibi carmina rident,  
 Uis, hodierna tua subigatur pagina lima?  
 Nam tibi non tantum uenturos dicere uentos  
 Agricolis qualemque ferat sol aureus ortum  
 Attribuere dei, sed dulcia carmina saepe 55  
 Concinis, et modo te Baccheis Musa corymbis  
 Munerat et lauro modo pulcher obumbrat Apollo.  
 Quod si tu faueas trepido mihi, forsitan illos  
 Experiar calamos, here quos mihi doctus Iollas  
 Donauit dixitque: 'truces haec fistula tauros 60  
 Conciliat: nostroque sonat dulcissima Fauno.  
 Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in istis  
 Montibus Hyblaea modulabile carmen auena.'  
 M. Magna petis, Corydon, si Tityrus esse laboras.  
 Ille fuit uates sacer et qui posset auena 65  
 Praesonuisse chelyn, blanda cui saepe canenti

42 bethis g beris n: bactus I | har. n || 43 extremo I: externo G || 44 intra c. hiberas n || 46 quicquam G | inter nostras n || 50 auocat I ex parte || 51 magna n || 53 solum I | dicere n: discere g noscere I | uentos G: nimbos I || 56, 57 modo — lauro om. I ex parte || 56 bacheis n bacheys g | corimbis G || 57 pulcer g || 58 Quod tu si G, I ex parte || 59 here quos mihi doctus G: heri (uel et heri) quos doctus I | yollas g || 61 nostrosq; n || 62 Tityrus G || 63 libl. n | modulabile carmen I: carmen modulauit g carmen mulamine (ad supra mu, et bile post -mine supra lin. add. m. rec.) n, unde carmen modulabile non obstante puto elisione conicias || 64 coridon g | titurus n titirus g || 66 Person. I | chelyn n chelim g | blande I

Adlusere ferae, cui substitit aduena quereus.  
 Quem modo cantantem rutilo spargebat acantho  
 Nais et implicitos comebat pectine crines.  
 C. Est — fateor, Meliboee, — deus: sed nec mihi  
 Phoebus 70  
 Forsitan abnuerit; tu tantum commodus audi:  
 Scimus enim, quam te non aspernetur Apollo.  
 M. Incipe, nam faueo; sed prospice, ne tibi forte  
 Tinnula tam fragili respiret fistula buxo,  
 Quam resonare solet, si quando laudat Alexin. 75  
 Hos potius, magis hos calamo sectare canales  
 Et preme qui dignas cecinerunt consule siluas.  
 Incipe, ne dubita. uenit en et frater Amyntas:  
 Cantibus iste tuis alterno succinet ore.  
 Ducite, nec mora sit, uicibusque reducite carmen; 80  
 Tuque prior, Corydon, tu proximus ibis, Amynta.  
 C. Ab Ioue principium, si quis canat aethera, sumat,  
 Si quis Atlantiaci pondus molitur Olympi:  
 At mihi, qui nostras praesenti numine terras  
 Perpetnamque regit iuuenili robore pacem, 85  
 Laetus et angusto felix adrideat ore.  
 A. Me quoque facundo comitatus Apolline Caesar  
 Respiciat, montes neu dedignetur adire,

67 Adl. n: All. gI || 68 cantantem g | acanto n achanto I | 69 Nays et pectine g | implicitas — comas I ex parte || 71 Forsitan n | annuerit I || 72 Dicimus en I ex parte | quam te edd. ant.: quia te O || 75 alexim g || 76 Hos potius I: Hospicius g Hospicium n | magis hos calamos G calamos magis hos I; calamo scripsi || 77 Et preme G: Preme uel Pro me I Per me uulgo Pro re *Barnannus* || 78 uenit en et I: en et (om. uenit) g uen et n | amintas n aminctas g || 79 succinet edd. ant.: succinit g succinit (a supra alt. i m. rec.) n succinat I (ut uid.) | Ducite *Barthius*: Dicite O | nec | ne I ex parte || 81 aminta n amyntha g || 82 A ioue g | canat G: canit I | sumat G || 83 athlantiaci g -ciaci n | pondus mol. G: mol. pondus I | olimpi G || 84 mihi G: nunc I || 85 corpore g || 87 Me G: Te I | apolline n || 88 ne g

- Quos et Phoebus amat, quos Iupiter ipse tuetur:  
In quibus Augustos uisuraque saepe triumphos 90  
Laurus fructificat uicinaque nascitur arbos.
- C. Ipse polos etiam qui temperat igne geluque,  
Iupiter ipse parens, cui tu iam proximus esse,  
Caesar, ouas, posito paulisper fulmine saepe  
Cresia rura petit uiridique reclinis in antro 95  
Carmina Dictaeis audit Curetica siluis.
- A. Aspicias, ut uirides audito Caesare siluae  
Conticeant? memini, quamuis urgente procella  
Sic nemus immotis subito requiescere ramis,  
Et dixi: 'deus hinc, certe deus expulit euros.' 100  
Nec mora; Parrhasiae sonuerunt sibila cannae.
- C. Aspicias, ut teneros subitus uigor excitet agnos?  
Utque superfuso magis ubera lacte grauentur  
Et nuper tonsis exudent uellera fetis?  
Hoc ego iam, memini, semel hac in ualle notauit 105  
Et uenisse Palen pecoris dixisse magistros.
- A. Scilicet omnis eum tellus, gens omnis adorat,  
Diligiturque deis, quem sic taciturna uerentur  
Arbuta, cuius iners audito nomine tellus  
Incaluit floremque dedit; cui silua uocato 110  
Densat odore comas, stupefacta regerminat arbos.

90 uisuraque G: uisurus I uisurae Ulitius | 91 fructificat (frutif. n) G: fructiferat I fructiferant Ulitius fructificant Burmannus en fruticant Heuptius | 93 ipse | ille Heinsius | esse G: ipse I | 94 ouas scripsi: habes G habes uel abis I abes Ulitius ipsi C. agris Heinsius ades Burmannus aues Doruilius | posito I: om. G | 95 Cresia O: Cressia, uulgo | iura n | reclusus I ex parte | 96 diteis n | audiit g | curetia n currentia I ex parte | 98 nemini n | 99 Scit deus I ex parte | 100 hinc I: hic G | 101 Parrhasiae Heinsius: farsalie g pharsalie n, pharsaliae uel pharsalis I | sonuerunt edd. ant.: soluerunt O | 103 Usque n | 104 exudent g: exsudent n exudent uel exundet I | 105 ego iam I: ego nam n enim nam g | uale n | 106 uenisse | uerse g | palen (-lem) I: panem G | dixisse, mgo at duxisse g | 107 Semel, suprascr. m. rec. Scilicet, n | 109 iners n | 110 nouato edd. ant., recte puto | 111 odora Ulitius | tepefacta Heinsius | regraminat g

- C. Illius ut primum senserunt numina terrae,  
Coepit et uberius sulcis fallentibus olim  
Luxuriare seges tandemque legumina plenis  
Uix resonant siliquis; nec praefocata malignum 115  
Messis habet lolium nec inertibus albet auenis.
- A. Iam neque damnatos metuit iactare ligones  
Fossor et inuento, si fors dedit, utitur auro;  
Nec timet, ut nuper, dum iugera uersat arator,  
Ne sonet offenso contraria uomere massa, 120  
Iamque palam presso magis et magis instat aratro.
- C. Ille dat, ut primas Cereri dare cultor aristas  
Possit et intacto Bromium perfundere uino,  
Ut nudus ruptas psallat calcator in uuas  
Utque bono plaudat paganica turba magistro, 125  
Qui facit egregios ad peruia compita ludos.
- A. Ille meis pacem dat montibus: ecce per illum,  
Seu cantare iuuat seu ter pede laeta ferire  
Gramina, nullus obest: licet et cantare choreis  
Et cantus uiridante licet mihi condere libro, 130  
Turbida nec calamos iam surdant classica nostros.
- C. Numine Caesareo securior ipse Lycaeus  
Pan recolit siluas et amoena Faunus in umbra  
Securus recubat placidoque in fonte lauatur  
Nais et humanum non calcatura cruorem 135

112 primo G | ramna, suprascr. m. rec. numina, n 113 Cepit G | su(c)cis I | 114 penis g | 115 Uis g | 116 inert. n | 117 dampnatos g | tractare Machly | 119 seruat g | 120 sonat g | 121 et G: ac I | 122 primus g | 123 om. g | Posset n | bromum n | 124 ruptas g | psalat n saliat I ex parte | in uuas, ita O; ad uuas Ulitius calcet uindemitor uuas Heinsius ruptis — in uuis Glaeserus | 125 Utque bono (nouo g) plaudat (ex-det corr. n m. rec.) paganida (placanda g) turba G; paganica corr. Burmannus; Ut quoque turba bono plaudat saginata I | 128 pede] penta n | leta g: lenta n I | 129 Gramina edd. ant.: Carmina O | nullus obest G: nonnullas I | coreis n corehis g | 131 iam surdant G: ex(s)urdant I | classica g | 132 Lycaeus edd. ant.: lyeus g lieus n ly(a)eo I Lycaeus Heinsius | 134 lauato g | 135 Nays g |

Per iuga siccato uelox pede currit Oreas.  
 A. Di, precor, hunc iuuenem, quem uos (neque fallor)  
 ab ipso

Aethere misistis, post longa reducite uitae  
 Tempora uel potius mortale resoluite pensum  
 Et date perpetuo caelestia fila metallo: 140  
 Sit deus et nolit pensare palatia caelo!

C. Tu modo mutata seu Iupiter ipse figura,  
 Caesar, ades seu quis superum sub imagine falsa  
 Mortalique lates (es enim deus): hunc, precor, orbem,  
 Hos, precor, aeternus populos rege! sit tibi caeli 145  
 Uilis amor coeptamque, pater, ne desere pacem!

M. Rustica credebam nemorales carmina uobis  
 Concessisse deos et obesis auribus apta;  
 Uerum, quae paribus modo concinuistis auenis,  
 Tam liquide, tam dulce cadunt, ut non ego malim, 150  
 Quod Peligna solent examina fingere, nectar.

C. O mihi quae tereti decurrunt carmina uersu  
 Tunc, Meliboeae, meum si quando montibus istis  
 Dicar habere Larem, si quando nostra uidere

136 pede uelox n || 137 Dii G | neque G: nisi I | fallor g I:  
 falet n || 139 resoluite Heinsius || 142 Tu modo mutata scripsi:  
 Tu quoque mutata o Tu commutata Hauptius Tu rogo mut.  
 Maehly || 143 ymag. G || 144 es enim Glaeserus: etenim G  
 etenim hunc rege (cole) deprecor uel uinas et hunc precor I  
 145 Hos I: Nos G || 146 ceptamque G: certamque Hoestius  
 pacem G: terram I || 148 deas G, corr. in n m. rec. | acta g  
 149 que paribus g que paribus n; quae paribus in I quoque  
 genuina lectio, uarie deinceps deprauata, fuisse uidetur (quae  
 imparibus pauci) || 150 liquidum n I | cadunt Burmannus: canunt  
 o sonant edd. ant. || 151 peligna G: peluina (plenina) I | solent  
 G: sonant I legunt edd. ant. parant Hauptius | fingere scripsi:  
 lambere o || 152 O mihi I: Olim G | quae tereti (teriti g) G:  
 quam tenero I | decurrunt I || 153 Tunc (Tum) I: Nunc G |  
 meum scripsi: sonant o ex interpretamento uocis decurrunt;  
 sonent uulgo; Hauptius sic totum locum scripsit quam tereti  
 decurrens carmine uersus T. M. sonet | quando mont. g: quando  
 in mont. n I

Pascua contigerit! uellit nam saepius aurem 155  
 Inuida paupertas et dicit: 'ouilia cura!'

At tu, si qua tamen non aspernanda putabis,  
 Fer, Meliboeae, deo mea carmina: nam tibi fas est  
 Sacra Palatini penetralia uisere Phoebi.

Tum mihi talis eris, qualis qui dulce sonantem 160  
 Tityron e siluis dominam deduxit in urbem  
 Ostenditque deis et 'spreto' dixit 'ouili,  
 Tityre, rura prius, sed post cantabimus arma'.

A. Respiciat nostros utinam fortuna labores  
 Pulcior et meritae faueat deus ipse iuuentae! 165  
 Nos tamen interea tenerum mactabimus haedum  
 Et pariter subitae peragemus fercula cenae.

M. Nunc ad flumen oues deducite: iam fremit aestas,  
 Iam sol contractas pedibus magis admouet umbras.

## V.

## [M i c o n.]

Forte Micon senior Canthusque, Miconis alumnus,  
 Torrentem patula uitabant ilice solem,

Cum iuueni senior praecepta daturus alumno  
 Cum iuueni senior praecepta daturus alumno

Talia uerba refert tremulis titubantia labris:

'Quas errare uides inter dumeta capellas

Canaque lasciuo concidere germina morsu,

155 Contingat G: Contigerit I | uerba uellit — 156 cura  
 habent exc. Par. | nam] michi Par. || 156 dicit G Par.: dixit  
 I | ouilia Heinsius: uilia o Par. || 157 At uulgo: Et o || 160 Tum  
 pauci I: Tu o || 161 Tityron g Titiron n || 162 deis Heinsius:  
 deos o || 163 Tityre g | cantabis et uel cantabitis Heinsius ||  
 164 nostros n || 166 iantabimur (mgo at mactabimus) g iacta-  
 bimus n, corr. m. rec. | edum g || 168 premit Heinsius furit  
 Maehly | aestus Ulitius || 169 cum tactas g || Explicit quarta g  
 V. Interuallum sine titulo in G; ex I nonnulli uarie in-  
 scribunt || 1 michon n | chantusq; n cantusq; g | alupno g || 2 ilice  
 g illice n: arbore I || 3 alupno g || 6, 7 ponunt I: 7, 6 G (6 post  
 8 traicit Maehly) || 6 Uanaque G | lasciuo g | germina n: gramina g I

Canthe puer, quos ecce greges a monte remotos  
 Cernis in aprico decerpere gramina campo,  
 Hos tibi do senior iuueni pater: ipse tuendos  
 Accipe. iam certe potes insudare labori, 10  
 Iam pro me gnauam potes exercere iuuentam.  
 Aspicias ut nobis aetas iam mille querellas  
 Afferat et baculum premat inclinata senectus? *lectura*  
 Sed qua lege regas et amantes lustra capellas  
 Et melius pratis errantes mollibus agnas, 15  
 Percipe. uere nouo, cum iam tinnire uolucres  
 Incipient nidosque reuersa lutabit hirundo,  
 Protinus hiberno pecus omne mouebis ouili.  
 Tunc etenim melior uernanti germine silua  
 Pullat et aestiuas reparabilis incohat umbras, 20  
 Tunc florent saltus uiridisque renascitur annus,  
 Tunc Uenus et calidi scintillat feruor amoris  
 Lasciuumque pecus salientes accipit hircos.  
 Sed non ante greges in pascua mitte reclusos,  
 Quam fuerit placata Pales. tum cespite uiuo 25  
 Pone focum geniumque loci Faunumque Laresque  
 Salso farre uoca; tepidos tunc hostia cultros  
 Imbuat: hac etiam, dum uiuit, ouilia lustra.  
 Nec mora, tunc campos ouibus, dumeta capellis  
 Orto sole dabis, simul hunc transcendere montem 30  
 Coeperit ac primae spatium tepfecerit horae.

7 Chante n Cautē g || 8 germina n || 10 certo unus ex I ||  
 11 iauam n | iuuenam g || 12 et 13 hab. exc. Par. || 12 aetas iam  
 G: iam dudum I Par. | querelas O Par. || 14 post 15 ponit n | Sed que  
 n, corr. m. rec. || 15 montibus g molibus (corr. m. rec.) n || 16 titi-  
 nire (corr. m. rec.) n cecinere g || 17 Incipiunt I | lutabit G:  
 habitabit I locabit Scriuerius | yrundo G || 18 yberno et monebis g ||  
 19 melior — silua G: tota — silua I totus — saltus Hoefflius |  
 germine Burmannus: gramine O || 20 incohat g inchoat n; induit  
 Wernsdorfius || 21 saltus ego: siluae O e u. 19; tiliac Machly ||  
 23 Laxiu. et yrcos g || 25 fuerat n, corr. m. rec. | tu n, I ex  
 parte || 26 foci f. laremque I || 27 malim tumque || 28 hac G: ac  
 I | uiuat G || 29 malim tum || 30 transcendere G: accedere (ut  
 uid.) I || 31 Ceperit G | ac G: et I | primum g

At si forte uaces, dum matutina relaxat  
 Frigora sol, tumidis spument tibi muletra papillis:  
 Implebis quod mane fluēt; rursusque premetur  
 Mane quod occiduae mulsura redegerit horae. 35  
 Parce tamen fetis: ne sint compendia tanti,  
 Destruat ut niueos uenalis caseus agnos;  
 Nam tibi praecipuo fetura colatur amore.  
 Te quoque non pudeat, cum serus ouilia nises,  
 Si qua iacebit ouis partu resoluta recenti, 40  
 Hanc humeris portare tuis natosque patenti  
 Ferre sinu tremulos et nondum stare paratos.  
 Nec tu longinquas procul a praesepibus herbas  
 Nec nimis amotae sectabere pabula siluae,  
 Dum peragit uernum Iouis inconstantia tempus. 45  
 Ueris enim dubitanda fides: modo fronte serena  
 Blandius arrisit, modo cum caligine nimbos  
 Intulit et miseris torrentibus abstulit agnas.  
 At cum longa dies sitientibus afferet aestus  
 Nec fuerit uariante deo mutabile caelum, 50  
 Iam siluis committe greges, iam longius herbas  
 Quaere; sed ante diem pecus exeat: humida dulces  
 Efficit aura cibos, quotiens fugientibus euris  
 Frigida nocturno tanguntur pascua rore  
 Et matutinae lucent in gramine guttae. 55  
 At simul argutae nemus increpuere cicadae,  
 Ad fontem compelle greges; nec protinus herbas

32 relaxet g || 33 spument tibi muletra g et (muletra) I:  
 spument trimulera n (tibi m. rec. supra tri); spumantia muletra  
 Barthius || 34 Implebit Hauptius | mane fluēt (-ent g) G: messe  
 fluat I || 35 quid g || 36 nec I ex parte || 38 colatur I: coletur G ||  
 40 iacebis g || 41 patenti uel tepenti I: parenti G || 42 paratas n,  
 corr. m. rec. || 44 Nec minus I ex parte | pascua g || 45 peragit  
 I (n m. rec.): peragunt G || 46—48 habent Par. || 46 erit pro enim  
 Par. | modo fronte] dubitanda Par. alter || 48 tonsoribus Par.  
 prior | astulit g || 49 sitientibus I ex parte: sitientes GI || 52 sed  
 quod g || 54 nocturno g | tinguuntur I ex parte || 55 germine n,  
 corr. m. rec.



Et campos permitte sequi, sed protegat illos  
 Interea ueteres quae porrigit aesculus umbras.  
 Uerum ubi decliui iam sera tepescere sole 60  
 Incipit atque seri uidebitur hora premendi,  
 Rursus pasce greges et opacos desere lucos.  
 Nec prius aestiuo pecus includatur ouili,  
 Quam leuibus nidis somnos captare uolueris  
 Cogitet et tremulo gemibunda fritinniat ore. 65  
 Cum iam tempus erit maturas demere lanas,  
 Sucida iam tereti constringere uellera iunco,  
 Hircorumque iubas et olentes caedere barbas,  
 Ante tamen secerne pecus gregibusque notatis  
 Consimiles include comis, ne longa minutis, 70  
 Mollia ne duris coeant, ne candida fuscis.  
 Sed tibi cum uacuas posito uelamine costas  
 Denudauit ouis, circumspice, ne sit acuta  
 Forpice laesa cutis, tacitum ne pustula uirus  
 Texerit occulto sub uulnere: quae nisi ferro 75  
 Rumpitur, a! miserum fragili rubigine corpus  
 Arrodet sanies et putria contrahet ossa.  
 Prouidus (hoc moneo) uiuentia sulphura tecum  
 Et scillae caput et uirosa bitumina portes,

58 Uel I *ex parte* | sed G: sine I | illas n, *corr. m. rec.* ||  
 59 esculus O || 60 decliui I: decliuis G declini *Heinsius* | sera  
 (= uesper) scripsi: nona O; sed quid horae cenatoriae per aestatem  
 cum tepore solis occidentis? rura — incipient *Maehly* || 61 Incipit  
 atque seri scripsi: Incipiet serique G Incipiet seraeque I | premendi  
 G: merendae I || 64 somnos g | uolueris g I: uolucres n || 65 et  
 tremulo tremebundo fruiat ore G, *corr. Glaeserus (qui et queri-*  
*bunda); et (ac pauci) tremuli tremebunda coagula lactis I ex III*  
 69; ac tremulo iam non fringutiat ore *Maehly* || 66, 67 sic ponit  
 G: inuerso ordine I || 66 maturas G: maternas I || 67 sucida g:  
 Succida n I || 68 Hircorumq; g Hircorūq; n || 70 comis *Burmannus*:  
 comes g comas n I || 73 Denudabit I Denudarit *Burmannus* || 74 For-  
 pice G: Forpice I || 75 occulto G || 76 rubidine g || 77 Arrodet G: Cor-  
 rodet I | putria G: putrida I | contrahit g (*et sic n m. rec. corr.*) ||  
 78 haec I *ex parte* | moneo ut uiu. n || 79 uirosa G: buctata  
*similiare* I | portes G: porta I

Uulneribus laturus opem; nec Brutia desit 80  
 Pix tibi: tu liquido picis unguine terga memento,  
 Si sint rasa, linas. durae quoque pondera massae  
 Chalcanthi coquito lentumque bitumen aheno,  
 Impressurus oui tua nomina; nam tibi lites  
 Auferet ingentes lectus possessor in armo. 85  
 Nunc etiam, dum siccus ager, dum feruida tellus,  
 Dum rimosa palus et multo torrida limo  
 Aestuat et fragiles nimium sol puluerat herbas,  
 Lurida conueniet succendere galbana saeptis  
 Et tua ceruino lustrare mapalia fumo. 90  
 Obficit ille malis odor anguibus: ipse uidebis  
 Serpentum cecidisse minas: non stringere dentes  
 Ulla potest uncus, sed inani debilis ore  
 Marcet et obtuso iacet exarmata ueneno.  
 Nunc age uicinae circumspice tempora brumae 95  
 Qua ratione teras. aperit cum uinea saepes  
 Et portat lectas securus circitor uuas,  
 Incipe falce nemus uiuasque recidere frondes.  
 Nunc opus est teneras summatim stringere uirgas,  
 Nunc hiemi seruare comas, dum permanet humor, 100  
 Dum uiret et tremulas non excutit Africus umbras.  
 Has tibi conueniet tepidis fenilibus olim  
 Promere, cum pecudes extremus clauserit annus.

80 Uulneribus G: Ulceribus I | daturus g || 81 Pix scripsi:  
 Pia G Dura I Pura *Burmannus* | tu addidi: om. O | picis] simul  
 I *ex parte* | unguine n || 83 sunt n | durae G: uini I | pondere n  
 (*corr. m. rec.*), I *ex parte* | massae G: melle uel molle I | Chal-  
 canthi *Hauptius*: Argenti O | aeno G || 84 tu nomina g | lites I:  
 letes n lethes g || 85 ingenti I *ex parte*; ingratas *Maehly* | luctus  
 g | in armo] ouili I *ex parte* || 86 Nunc G: Tunc I | sicus g ||  
 88 nimius *edd. ant.* | uulnerat *Heinsius* || 89 septis O || 90 limo g ||  
 91 Obficit *Maehly*: Obfuit O | ille G: iste I || 95 Tunc I *ex*  
*parte* || 96 teras scripsi: geras O feras *Heinsius* regas *Maehly* |  
 sepes O || 97 At n | circitor G: uinitor I (n m. rec. *supraser.*) ||  
 98 nimiasque *Heinsius* || 99 Tunc I || 100 Nunc hiemi (-is g) G:  
 Tum (*uel* Tunc) debes I || 101 affricus n || 102 Has tibi *edd. ant.*:  
 Ast tibi O | conueniet n | trepidis g

Huc tibi nitendum est, labor huc in tempore noster  
 Gnauaque sedulitas redit et pastoria uirtus. 105  
 Ne pigeat ramos siccis miscere recentes  
 Et succos adhibere nouos; licet horrida nimbis  
 Instet hiems nimioque gelu niuibusque coactis  
 Incursare netet nemus et constringere frondes,  
 Tu tamen aut laeues hederas aut molle salictum 110  
 Ualle premes media. sitis est pensanda tuorum,  
 Canthe, gregum uiridante cibo: nihil aridus illis,  
 Ingenti positus quamuis strue, prosit aceruus,  
 Uirgea si desint liquido turgentia suco  
 Et quibus est aliquid plenae uitale medullae. 115  
 Praecipue gelidum stipula cum fronde caduca  
 Sterne solum, ne forte rigor penetrabile corpus  
 Urat et interno uastet pecuaria morbo.  
 Plura quidem meminisse uelim, nam plura supersunt.  
 Sed iam sera dies cadit et iam sole fugato 120  
 Frigidus aestiuas impellit Noctifer horas.

## VI.

## [Astylus. Lycidas. Mnasyllus.]

A. Serus ades, Lycida: modo Nyctilus et puer Alcon  
 Certauere sub his alterno carmine ramis

104 Huc — huc *scripsi*: Hoc — hic G Sic — hoc I Hac  
 — hinc *Glaeserus* | nitendum est I uidendum g nectendum n  
 (om. est) || 105 redit G: uenit I | pastoria (*ngo* credo pastoria  
 melius) g pastoria n || 106 Ne G: Nec I | succis miserere g ||  
 107 succos nI | licet horrida *Martellius*: ne torrida O dum torr.  
*Hauptius* || 108 hyems g || 109 Incursare netet *Hauptius*: Incur-  
 uare uelit G Incuruare uelis I || 110 leues ederas g || 111 pre-  
 mens g | media G: gelida I || 112 Cante g Chante n || 113 quauis g ||  
 114 desinit n | succo nI || 116 stipula cum *Glaeserus*: stipule cum  
 G stipulis et I || 117 Sterne I: Sint ne n Sint (2 *litt. spatio*  
*uacuo*) g || 118 pecuaria G: penetrabilia I || 119 monuisse I || Ex-  
 plicit quinta g

VI. *Interstitium sine titulo in G: uarie inscribunt I ex*  
*parte* || 1 lycida G (*semper*) | nictilus G (*semper*) || 2 hys g

Indice me, sed non sine pignore. Nyctilus haedos  
 Iuncta matre dedit; catulum dedit ille laenae  
 Iurauitque genus, sed sustulit omnia uictor. 5  
 L. Nyctilon ut cantu rudis exuperauerit Alcon?  
 Astyle, credibile est, si uincat acanthida cornix,  
 Uocalem superet si dirus aedona bubo.  
 A. Non potiar Petale, qua nunc ego maceror una,  
 Si magis aut docili calamorum Nyctilus arte 10  
 Aut cantu magis est quam uultu proximus illi.  
 L. Iam non decipior: te iudice pallidus alter  
 Uenit et hirsuta spinosior hystrice barbam;  
 Candidus alter erat laeuique decentior ouo  
 Et ridens oculis crinemque simillimus auro, 15  
 Qui posset dici, si non cantaret, Apollo.  
 A. O Lycida, si quis tibi carminis usus inesset,  
 Tu quoque laudatum nosses Alcona probare.  
 L. Uis igitur, quoniam nec nobis, improbe, par es,  
 Ipse tuos iudex calamos committere nostris? 20  
 Uis conferre manum? ueniat licet arbiter Alcon.  
 A. Uincen tu quemquam? uel te certamine quisquam  
 Dignetur, qui uix stillantes, aride, uoces  
 Rumpis et expellis male singultantia uerba?  
 L. Fingas plura licet: nec enim potes, improbe, uera 25  
 Exprobrare mihi, sicut tibi multa Lycotas.

3 sed om. g | nictilus n || 4 dedit] dee = n | Laconem uel La-  
 caenae *Heinsius* || 5 subst. g || 6 Nictilē n | ut] et I *ex parte* | in  
*fine adieci interrogandi signum* || 7 si G: ut I | acanthida g achantica  
 (d *supra* c *alt. m. rec.*) n || 8 sic *Heinsius* | accidona n, *corr.*  
*mg. m. rec.* || 9 Non G: Te I | Petale *uulgo*: crocale g, *sic uel*  
*crocale* I clocale n | ego om. n, *add. m. rec.* || 10 magna aut n,  
*corr. m. rec.* | nictilus n || 12 non G: nunc I | palidus n || 13 istrice  
 g hystrice nI | barbam g: barba nI || 14 leuiq; G || 17 adesset I ||  
 18 nosses *Hauptius* (*opusc.* III 565): posses O | alterna (o *supra*  
*or m. rec.*) n || 19 ne uobis i pares g || 20 nostros n, *corr. m.*  
*rec.* || 21 manus I *ex parte* || 22 Uincen *Glaeserus*: Uinces G Uin-  
 cere I || 23 uis (x *supra* s *m. rec.*) stilantes n | aride I: arida  
 G || 24 expellit g || 25 uera g: uerba n, uerba uel uerbo I || 26 Ex-  
 probare G | licotas G lycotas *sim. I*

Sed quid opus uana consumere tempora lite?  
 Ecce uenit Mnasyllus: erit (nisi forte recusas)  
 Arbitrarius inflatis non credulus, improbe, uerbis.  
 A. Malueram, fateor, uel praedamnatus abire 30  
 Quam tibi certanti partem committere uocis.  
 Ne tamen hoc impune feras: en aspicias illum,  
 Candida qui medius cubat inter lilia, ceruum?  
 Quamuis hunc Petale mea diligit, accipe uictor.  
 Scit frenos et ferre iugum sequiturque uocantem 35  
 Credulus et mensae non improba porrigit ora.  
 Aspicias, ut fruticat late caput utque sub ipsis  
 Cornibus et tereti pendent redimicula collo?  
 Aspicias, ut niueo frons inretita capistro  
 Lucet et a dorso, quae totam circuit aluum, 40  
 Alternat uitreas lateralis cingula bullas?  
 Cornua subtiles ramosaque tempora molles  
 Implicuere rosae rutiloque monilia torque  
 Extrema ceruice natant, ubi pendulus apri  
 Dens sedet et niuea distinguit pectora luna. 45  
 Hunc, sicutque uides, pignus, Mnasyllus, paciscor  
 Perdere, dum sciat hic se non sine pignore uinci.  
 L. Terreri, Mnasyllus, suo me munere credit:  
 Aspice, quam timeam! genus est, ut scitis, equarum

27 quas (id supra as m. rec.) n || 28 mascillus g semper, qui hic in marg. at Mesanus; mascillus n; manasyllus, ut uid., I | recusas g || 29 inflatis G: insta nunc I || 30 praedam(p)natus G: praedam nactus I || 31 palmam Heinsius | comittere g || 32 Ne-feras G: Nec-feres I | hec g || 34 Hunc quamuis Nodellius || 35 Sit g || 36 mensa g mensem n | improbe g || 37 fruticet g, I ex parte, fruticem n | capud g caput n || 38 pendent G: lucent I || 39 uineo n | inr. g: irr. ceteri || 40 etiam adorso n || 41 latialis g || 42 sutilibus molles ramosa corollis Heinsius | moles n || 44 Extrema ex Exterma corr. n | natant (-ent g) G: notant I || 46 Hunc sicutque uides pignus Mnasyllus scripsi: Hunc si cumq; uides pignus mascille g Hunc (ego suprascr. m. 2) sic cũq; uides mnasille n Hunc ego qualemcumque uides in ualle I || 47 Perdere (n supra r prior. m. rec.) n: Prodere g Pendere I || 48 mnasille n || 49 quem n

Non uulgare mihi; quarum de sanguine ponam 50  
 Uelocem Petason, qui gramina matre relicta  
 Nunc primum teneris libauit dentibus: illi  
 Terga sedent, micat acre caput, sine pondere ceruix,  
 Et tornata breui substringitur ungula cornu,  
 Ungula, qua uiridi sic exultauit in aruo, 55  
 Tangeret ut fragiles, sed non curuaret, aristas:  
 Hunc dare, si uincar, siluestria numina iuro.  
 M. Et uacat et uestros cantus audire iuuabit.  
 Iudice Mnasyllus contendite, si libet: istie  
 Protinus ecce torum fecere sub ilice Musae. 60  
 A. Sed, ne uicini nobis sonus obstrepat amnis,  
 Gramina linquamus ripamque uolubilis undae.  
 Namque sub exeso raucum mihi pumice lymphae  
 Respondent et obest arguti glareae riuus.  
 L. Si placet, antra magis uicinaque saxa petamus, 65  
 Saxa, quibus uiridis stillanti uellere muscus  
 Dependet scopulisque cauum simulantibus arcum  
 Imminet exesa ueluti testudine concha.  
 M. Uenimus et tacito sonitum mutauimus antro:  
 Seu residere libet, dabit ecce sedilia tophus, 70  
 Ponere seu cubitum, melior uiret herba tapetis.  
 Nunc mihi seposita reddantur carmina lite;  
 Nam uicibus teneros malim cantetis amores:  
 Astyle, tu Petalen, Lycida, tu Phyllida lauda.

50 uulgare G: iugale I || 51 ueloci I ex parte | pethason qui gramine g || 52 teneri g | illi I: illa G || post 52 uulgo additur: Pes leuis, adductum latus, excelsissima frons est, quod omittit O an. 53-56 habent Par. || 53 capud g || 54 tornata Par. prior || 55 qua g: quam n quae I que Par. prior qui Par. alter || 56 sed si n || 57 Huc n || 59 mascillo g: me sane nI | ista Heinsius || 60 ylice g || 61 annis g || 67 scrupisque Heinsius | puto simulantibus || 68 iminet g | concha g; exesae — conchae Heinsius || 69 mutauimus G: mutabimus n corr. ructabimus uel turbabimur sim. I || 70 dabit I: dabis G | tophis G || 71 tapetis G: lapillis I || 74 Astyle G | Lycida tu edd. ant.: tu lycida (lic.) O | phyllida G

- L. Tu modo nos illis (iam nunc, Mnasyllae precamur) 75  
Auribus accipias, quibus hunc et Acanthida nuper  
Diceris in silua iudex audisse Thalea.
- A. Non equidem possum, cum prouocet iste, tacere.  
Rumpor enim, Mnasyllae: nihil nisi iurgia quaerit.  
Audiant aut dicat, quoniam cupit; hoc mihi certe 80  
Dulce satis fuerit, Lycidam spectare trementem,  
Dum te teste palam sua crimina pallidus audit.
- L. Me, puto, uicinus Stimicon, me proximus Aegon  
Hos inter frutices tacite risere uolentem  
Oscula cum tenero miscere uirilia Mopso. 85
- A. Fortior o utinam non nunc Mnasyllus adesset!  
Efficerem, ne te quisquam tibi turpior esset.
- M. Quid furitis, quo uos insania tendere iussit?  
Si uicibus certare placet, sum non ego uobis  
Arbiter: hoc alius possit discernere iudex. 90  
Et uenit ecce Micon, uenit et uicinus Iollas:  
Litibus hi uestris poterunt imponere finem.

## VII.

## [Lycotas. Corydon.]

- L. Lentus ab urbe uenis, Corydon; uicesima certe  
Nox subit, ut nostrae cupiunt te cernere siluae,

75 illis G: ipsi (uel ipse) I | mnasile n | precamur supra pe-  
tamus expunctum g || 76 excipias I | hunc I: hinc G | acanthida g  
acondita n || 77 thalea G thalia I ex parte; Galesa Heinsius ||  
78 prouocet iste I: prouocat ille G || 79 mnasille (mascille g)  
nihil G: merito nihil hic I || 80 aud n || 81 licidam G || 82 te  
teste g: te stante nI | carmina I | palidus n || 83 sic micon g |  
egon G || 85 miscere scripsi: simulare O mutare Maehly || 86 non  
nunc Beckius: nondum O | mastylus g hic, mnasellus n || 87 ne  
(nec n) te quisquam tibi G: ne tibi (etiam) quisquam I; pro  
tibi fortasse praestat sibi || 88 quo G: quae I || 89 Si | Sic Werns-  
dorffius | sum scripsi: sed O sic Barthius || 90 hoc om. n |  
poscit g || 91 en Heinsius | yollas g || 92 hy G || sine subscriptione  
g (cf. seq. carminis finem)

VII. Sine titulo G; uarie inscribunt I ex parte || 1 uicesima  
g uicesima n || 2 subit scripsi: fuit O ruit Heinsius

- Ut tua maerentes expectant iubila tauri.
- C. O piger, o duro non mollior axe, Lycota,  
Qui ueteres fagos noua quam spectula mauiis 5  
Cernere, quae patula iuuenis deus edit arena.
- L. Mirabar, quae tanta foret tibi causa morandi,  
Cur tua cessaret taciturnis fistula siluis  
Et solus Stimicon caneret pallente corymbo:  
Quem sine te maesti tenero donauius haedo. 10  
Nam, dum lentus abes, lustrauit ouilia Thyrsis,  
Iussit et arguta iuuenes certare cicuta.
- C. Sit licet inuictus Stimicon et praemia diues  
Auferat, accepto nec solum gaudeat haedo,  
Uerum tota ferat quae lustrat ouilia Thyrsis: 15  
Non tamen aequabit mea gaudia; nec mihi, si quis  
Omnia Lucanae donet pecuaria siluae,  
Grata magis fuerint quam quae spectauimus urbe.
- L. Dic age dic, Corydon, nec nostras inuidus aures  
Decipe: non aliter certe mihi dulce loquere 20  
Quam cantare soles, quotiens ad sacra uocatur  
Aut fecunda Pales aut pastoralis Apollo.
- C. Uidimus in caelum trabibus spectacula textis  
Surgere, Tarpeium prope despectantia culmen;  
Emensique gradus et cliuos lene iacentes 25  
Uenimus ad sedes, ubi pulla sordida ueste  
Inter femineas spectabat turba cathedras.  
Nam quaecumque patent sub aperto libera caelo,  
Aut eques aut niuei loca densauere tribuni.  
Qualiter haec patulum concedit uallis in orbem 30

3 Ut G: Et I | sibila I ex parte || 4 o d. non mollior G: et d. iam  
durior I | lycota G || 6 edit G: ardet I | arena I: in umbra G || 8 taci-  
turnus g || 9 fallente I ex parte | corimbo n || 10 edo g || 11 abes |  
herus g | tirsis n || 13 Sit licet Itali: Scilicet O || 14 non I  
edo g || 15 tyrsis g || 18 spectauimus Heinsius: spectamus in O ||  
20 Decipe scripsi: Despice O || 21 cantare G: certare I | soles  
edd. ant.: solet O | uocantur I ex parte || 23 testis g || 25 Emen-  
sique Schraderus: Immensosque (Inm. g) O | diuos G, I ex  
parte || 26 ad | in g || 30 hoc g | contendit I

Et sinuata latus resupinis undique siluis  
 Inter continuos curuatur concaua montes:  
 Sic ibi planitiem curuae sinus ambit arenae  
 Et geminis medium se molibus alligat ouum.  
 Quid tibi nunc referam, quae uix suffecimus ipsi 35  
 Per partes spectare suas? sic undique fulgor  
 Percussit. stabam defixus et ore patenti  
 Cunctaque mirabar necdum bona singula noram,  
 Cum mihi iam senior, lateri qui forte sinistro  
 Iunctus erat, 'quid te stupefactum, rustice', dixit 40  
 'Ad tantas miraris opes, qui nescius auri  
 Sordida tecta, casas, et sola mapalia nosti?  
 En ego iam tremulus et uertice canus et ista  
 Factus in urbe senex stupeo tamen omnia: certe  
 Villia sunt nobis, quaecumque prioribus annis 45  
 Uidimus, et sordet quidquid spectauimus olim.'  
 Balteus en gemmis, en illita porticus auro  
 Certatim radiant; nec non, ubi finis arenae  
 Proxima marmoreo praebet spectacula muro,  
 Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis 50  
 Et coit in rotulum, tereti qui lubricus axe  
 Impositos subita uertigine falleret unguis  
 Excuteretque feras. auro quoque torta refulgent  
 Retia, quae totis in arenam dentibus extant,

32—34 om. I, ut uid. || 32 curuatur, ngo al curuantur, g ||  
 33 ibi Barthius: tibi G | harenae n || 34 mollibus n || 35 subfec.  
 g || 37 parenti n || 38 Conctaq; n Cunctaq; g | bene Heinsius noua  
 Burmannus (at cf. *Miscell. nostra Critica* p. 115) || 39 Cum G:  
 Tum uel Tu I | iam scripsi: tum G dum uel cum I | sinixtro g |  
 40 Quid te uulgo: Qui me G Quid me I Quid tu Ulitius || 41 Ad  
 Non g || 42 teaqua Burmannus || 43 iam G: tam I | et O: tum  
 uulgo | et ipsa Friesemannus || 45 Villia n || 46 sordet | scribet  
 g | quicquid n || 47 Baltheus g || 48 ne g | ubi I: tibi G | harenae  
 G (h expuncta in g) || 49 praebet G: peragit (-at) I || 50 Cernitur  
 Glaeserus: malim Tenditur || 51 Et] fortasse Nam | cogit n colit  
 I ex parte | rotulum I ex parte: rutilum G, I ceteri, rotulam  
 uel ruplum Lapsius | qui G: qua I | axe uulgo: axem O axis edd  
 ant. || 52—54 om. I ex parte || 52 unguis g || 54 harenam g

Dentibus aequatis; et erat (mihi crede, Lycota, 55  
 Si qua fides) nostro dens longior omnis aratro.  
 Ordine quid referam? uidi genus omne ferarum,  
 Hic niueos lepores et non sine cornibus apros,  
 Hic raram siluis etiam, quibus editur, Alcen.  
 Uidimus et tauros, quibus aut ceruice leuata 60  
 Deformis scapulis torus eminent aut quibus hirtae  
 Iactantur per colla iubae, quibus aspera mento  
 Barba iacet tremulisque rigent palearia setis.  
 Nec solum nobis siluestria cernere monstra  
 Contigit: aequoreos ego cum certantibus ursis 65  
 Spectaui uitulos et equorum nomine dictum,  
 Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amne,  
 Qui sata riparum uernantibus irrigat undis.  
 A trepidi, quotiens se discidentis arenae  
 Uidimus in partes, ruptaque uoragine terrae 70  
 Emersisse feras; et in isdem saepe cauernis  
 Aurea cum fuluo creuerunt arbuta nimbo.  
 L. O felix Corydon, quem non tremebunda senectus  
 Impedit! o felix, quod in haec tibi saecula primos  
 Indulgentem deo demittere contigit annos! 75  
 Nunc, tibi si propius uenerandum cernere numen  
 Sors dedit et praesens uultumque habitumque notasti,

55 auratis Ulitius | creda n, corr. m. rec. || 56 nostra g ||  
 57 qui g, num recte (= quomodo) ? | omne I: esse G (ee pro  
 oe) || 58 Hinc g || 59 Hic raram G: Nycticanam sim. I || 59 alcem  
 n || 60 thauros n || 61 scopulis g | hirtae g || 64 Non I ex parte |  
 monstra g || 65 aequoreos I: aequoreis G | concert. g || 66 dictum  
 G: dignum I || 67 quod in illo g: quod nullo n; uarie corrupti  
 I | amne g: amni n I || 68 uernantibus G: uenientibus I || 69 Ah  
 G | se discidentis scripsi: sodi scendentis g sol discendentis n  
 nos discendentis I sola discendentis Hauptius | har. G || 70 in  
 partes] inerti Hauptius in praecipue Maehly | ructaq; g ||  
 71 ferat g | et in hysdem G: et in lisdem uel et eisdem I  
 cauernis G: latebris I || 72 fuluo scripsi: subito G croceo I  
 nimbo (-bro n) G: libro I || 74 coridon G | num pronos ?  
 75 demittere O, corr. Barthius || 76 proprius G || 77 Fors Heinsius

Dic age die, Corydon, mihi, quae sit forma deorum.  
 C. O utinam nobis non rustica uestis inesset:  
 Uidissem propius mea numina! sed mihi sordes 80  
 Pullaque paupertas et adunco fibula morsu  
 Obfuerunt. utcumque tamen conspeximus ipsum  
 Longius; ac, nisi me uisus decepit, in uno  
 Et Martis uultus et Apollinis esse probatur.

78 coridon G | mihi quae sit *Burmannus*: quae sit mihi  
 (modo I ex parte) O || 79 obesset *Hauptius* (*opusc.* III 621) ||  
 80 propius G || 81 adeso *Ulitius* aheno *Burmannus* || 82 Obfue-  
 rant (Off. n) G || 83 decepit uisus I || 84 uultus I: uisus G e u.  
 priore | apollinis n | probatur *scripsi*: putatur O putari *vulgo*  
 notari *Modius* notatur *Hauptius* || Explicit sexta egloga Cal-  
 purnii g, in quo scilicet sexta et septima pro uno numerantur.  
*secuntur in codicibus eglogae Nemesiani.*

## XXI.

## Q. SERENI SAMMONICI

## LIBER MEDICINALIS.

Q. Sereni, quem codices nominant quemque Sere-  
 num Sammonicum fuisse iure sumunt docti ut tamen  
 sitne pater an filius intellegendus dubitent (pro illo  
 stat Meyerus in artis botanicae historia II 209 sqq.,  
 pro hoc ex. gr. Teuffelius hist. litt. rom. p. 898 edit.  
 tertiae), Q. Sereni igitur Sammonici liber medicinalis  
 ex Plinii maxime historia naturali compositus ut ae-  
 tatem tulerit, debetur ei studio quo qui sub Carolo  
 Magno uixere docti antiquitatis Romanae monumenta  
 fauente imperatore uindicabant ab interitu. quippe tum  
 exemplar illius sat uetustum protractum diuulgatum-  
 que. ad quod (O) redeunt duae librorum hodie supersti-  
 tum classes, quarum priorem eamque longe meliorem  
 conformat:

A. codex ciuitatis Turicensis 78 (olim 451) sae-  
 culi IX in forma quadrata, qui post uaria scripta pro-  
 saica fol. 57 sqq. habet Serenum praemisso hoc car-  
 mine sat memorabili:

Incipiunt uersus.

Herbarum species, pulchros cum germine flores  
 Virgultique comas lente radice reuulsas,  
 Si tu lentifluos uiridi de cortice sucos  
 Atque salutiferas uires uel nomina nosse  
 Iure uelis, animis satagis seruare secundis,

Hunc librum legito, subtili mente reuolue.  
 Sic rerum poteris gnarus cognoscere causas,  
 Quicquid humus gignit uel quid fert marmora ponti,  
 Quicquid arena fouet [-it *cod.*], quae magni glareae Nili,  
 Squamigerasque uagas uitreo sub fonte cateruas, 10  
 Quicquid ad astra uolat, quae reptant pectore terras,  
 Quae nescant rapido frendentes aera saltu,  
 Messis aromatae maniplos oriente relatos,  
 Balsama gratiflua fragranti pistica nardi,  
 Quin etiam poteris placito languentibus haustu 15  
 A domino dominante piam prestare medellam.  
 Inclitus inuictum Christi uirtute tropheum  
 Qui regit, haec fieri Karlus rex namque modestus  
 Mandat, ut in saeculis rutilet sophisma futuris;  
 Legit enim famulus stilo animoque Iacobus. 20

quos uersus apparet praefixos fuisse uolumini, quod haud paucos scriptores Romanos cum certo consilio congestos complexum iussu imperatoris erat confectum. et Macri quidem de herbis carmen\*) et Theriaca et Ornithogoniam (cf. Ouidii trist. IV 10, 43) innuere uidentur uu. 1—4, 11, 12; Pontica (et fortasse eadem quorum initium habetur infra Nr. XXXII) u. 10 indicat; Haliutica et Cynegetica (et quidni Ouidii Gratii Nemesiani opuscula eodem illo uolumine comprehensa sumamus?) ostendit, nisi fallor, u. 8; denique ut omittam alia, quae eruent ut spero doctiores, u. 15 sq. significat Serenum, qui agmen olim clausit. sed ad eodidem nostrum ut redeam, qui ex thesauris illis nihil nisi Iacobi prologum et Serenum seruauit, post carmen illud legitur: *Incipiunt capitula. I Ad capitis curationem — LXII Verucis tollendis* (ultimo capite

\*) nam hoc certe demonstrari potest etiamtunc superfuisse, siquidem et is qui secundo Catonis distichorum libro tum praefixit prologum u. 2 sq. dicit *quod si mage nosse laboras Herbarum uires, Macer haec tibi carmina dicit* et is qui saeculo X de uiribus herbarum scripsit cur 'Macer Floridus' audiat hinc patefacit. neque Walafridum Strabonem in Hortulo suo tam egregium poetam extitisse arbitror, nisi uatis Augustei exemplar habuisset ob oculos.

omisso), quorum titularum indici fere ubique conuenit cum inscriptionibus in ipso textu singulorum capitum fronti praefixis; sequiturque statim fol. 59 sqq. liber noster medicinalis\*), quem excipiunt ut poemation *Rustice lustruage*, ita post alia *Quid tibi mors faciam* et *Luciola effigies* et Catonis disticha (fol. 96—103), porro inter alia a nostro proposito aliena et medii aevi scholia in Sammonicum (fol. 114—116) a Reussio l. l. edita et carmina nonnulla minora, scilicet *Tantum uina nocent* et *Collis sum* et *Urbs quae tantum alias* et 'Conflictus ueris et hiemis'; tum post medii aevi uersiculus et (fol. 118) *Clio gesta canens* et *Fonte lauat genitor* sequitur fol. 127—148 Prisciani periegesis, quae continuatur uariis XII sapientium carminibus (fol. 148—153); haec excipiunt alia ad meas res non pertinentia: cf. Orellius in indice lectionum uniuers. Turic. a. 1835—36. codicem, qui passus est correctorem fere aequalem, cuius manus (*m. 2*) difficile interdum a prima dinosci potest, ipse totum contuli Ienae.

Ex Iacobi collectione praeter A factum est alterum libri medicinalis apographum multo et neglegentius et mendosius (B), quod repraesentant codices hie:

b, Vossianus L. Q. 33 saec. X, de quo diligenter disseruit Keilius gramm. lat. III p. 389—91. habentur ibi fol. 73—75 *uersus Lactantii de aue focnice*, fol. 114—115 carmen de ponderibus, fol. 132 fabula Pasiphaes, fol. 133 illud *Clio gesta canens* et *Rure morans quid agam* et 'uersus de duodecim uentis', fol. 135—144 Prisciani periegesis, fol. 144—154 post indicem

\*) uarias in hunc lectiones ex A iam enotauit F. A. Reuss in programmate uniuers. Wirceburgensis a. 1836, cui titulus est 'lectionum Samonicarum particula I'. quod nuperrime demum nactus ubi cum mea conlatione comparauit, Reussium quidem permultas scripturas aut omisisse aut parum recte retulisse nidi, sed nonnullis locis etiam de meae conlationis fide dubitauit. de quibus ut certiozem me faceret rogatus H. Blumenterus Turicensis beniuole iterum codicem inspexit.

capitum *Incipit liber exaëtricus de medicina quinti sereni lege feliciter*, fol. 155—158 Catonis disticha, fol. 159 *uersus de filomella*, fol. 176 Scotti cuiusdam uersus de alphabeto. ipse contuli.

e, Parisinus 9347 saec. X fol. 49—57: *Incipit liber Quinti Sereni. Incipiunt capitula eqs.* ipse excussi.

d, Parisinus 4839 saec. X (cf. praef. ad Nemes.) fol. 26—48 *Liber Quinti Sereni Incipiunt capitula eqs.* ipse contuli.

e, Parisinus 2772 saec. X—XI fol. 28 sqq. *Serenum* habet. ipse excussi.

f, Bruxellensis 5658 saec. X—XI omisso et titulo et capitum indice *Serenum* praebet. contuli usque ad u. 865.

g, Parisinus 8048 miscell. fol. 56—62 saec. XI praemisso indice *Serenum* usque ad u. 460 habet. contuli.

h, Barberinus IX 29 saec. XI inter multa scripta medica fol. 266—274 carmen nostrum cum titulo *Quinti Sereni aucteris* inserit. excussi.

Senensis F. V. 8 saec. XI post Ambrosii Hexameron: *Incipit liber medicinalis Quinti Sereni* (om. indice). ipse euolui et uu. 1—25 descripsi.

Qui libri omnes in uersibus omissis et lectionibus permultis ita contra **A** consentiant ut eorum communis origo in propatulo sit. cum autem in textu constituendo **A** tamquam ducem primarium sequi par sit, apparet plane esse superfluum, totam lectionis uarietatem ex ceteris codicibus adferre. itaque omissis fere singulorum erroribus sordibusque ipsum **B**, ubi fieri licuit, exhibui. hoc autem apparatu instructus libros recentes (s) ab anterioribus in usum uocatos (Paterbornensem saec. XIII ex ipso Turicensi, nisi fallor, descriptum et Vratislauensem ac Lipsiensem saec. XV aliisque) tuto negligere posse mihi sum

uisus. — ex editionibus commemorandae Burmanni [Poet. lat. min. II p. 185 sqq.], Ackermanni [Lipsiae 1786], Weberi [corp. poet. lat. p. 1174 sqq.].

Phoëbe, salutiferam, quod pangimus, adsere carmen  
Inuentumque tuum prompto comitare fauore.  
Tuque potens artis, reduces qui tradere uitas  
Nosti et sub caelum manes reuocare sepultos,  
Qui colis Aegeas, qui Pergama quique Epidaurum, 5  
Qui quondam placida tectus sub pelle draconis  
Tarpeias arces atque inclita templa petisti,  
Depellens taetros praesenti numine morbos:  
Huc ades et, quicquid cupido mihi saepe locutus 10  
Firmasti, cunctum teneris expone papyris.

### I. Capiti medendo.

Balsama si geminis instillans auribus addas,  
Tum poteris alacrem capitis reparare uigorem;

Incipit praefatio **A** Oratio auctoris libelli *litt. maiusc.* **B** (I oratio a. l. b or. oratoris lib. f libelli om. e belli c). praemittunt huic titulo **cdfg** (et **f** quidem in fine praecedentis paginae separatos), postponunt praefationi (u. 10) **eh** hos uersus:

Membrorum series certo deducta tenore

Ut stat, ita adsimilis medicinae defluit ordo.

Principio celsa de corporis arce loquamur

(in quibus u. 2 Ut stat ita ads. **f**: Ut stet ads. **cd egh** Ut stet, nam ads. *uulgo*): quos uersus om. **Ab** Senensis interpolatos scilicet a classis **B** genitore et uel in optimis huius exemplaribus recte contemptos || 2 prompto (p supra mt add.) **A** || 3 artis **A**: artus **B** Sen. | reduces — uitas **O**: reducem — uitam *uulgo* || 4 Nosti et sub caelum *scripsi*: Nosti et in e(a)elum **O** Noscis 5 Nosti seu coelo *uulgo* || 5 aegeas **Ab** egeas **h**: aegias **cd eg** aegeas (alt. e ex corr.) **f** agias Sen. || 6 quondam (v supra prior. o) **A** | placida **O**: placidi *uulgo* placida *Ranzouius* || 7 inclita **f** || 8 tr&ros **A** tetros **B** || 9 cupido **O**: cupide *uulgo* | locutus **O**: roganti *uulgo* || 10 cunctum | nunc tu 5; iunctum *Heinsius* | papyris **A** et fere **B** (papilis in papillis corr. Sen.) || tit. I (II b) capiti medendo *litt. maiusc.* **B**: I Ad capitis curationem **A** || 12 Tunc alacrem poteris *L. Muellerus d. r. m.* 324



Uel quae septenis censentur gramina nodis  
 Utiliter neces uel corno ex arbore sertum;  
 Puleiumue potens una super aure locabis, 15  
 Aut illud mixto coctum clementer aceto  
 Cauta nare trahes; seu uisco lintea nexo  
 Induces fronti seu tritae gramina mentae;  
 Spongia cum tepidis adnexa liquoribus imbris  
 Profuit aut hedera ex oleo colata uetusto; 20  
 Profuit et cocleis frontem tractare minutis.  
 Si nocuit cerebro uolentia solis aperto,  
 Saepe chelidonia ex acido perducta liquore  
 Sanauit; prosunt et amica papauera somno,  
 Si prius in lento madefacta terantur oliuo. 25

### II. Hemicranio medendo.

Portio si capitis morbo temptatur acuto,  
 Alia diuersam lana contacta per aurem  
 Inducta prosunt et eodem balsama pacto;  
 Alia uel ternis piperis terna addita granis  
 Trita linis: certam dabit haec tibi cura salutem. 30

13 Velq. (ue supra q. add.) A || 14 neces Ab Sen.: necis ceteri B || 15 Puleiumue Abg: Poleiumue cdef Polleiumue h Pulegiūue Sen. || 16 mixto coctum s: mixto coctas O (quo-  
 quas A m. 1 f) mixto recoquens uulgo || 17 Cauta] Auta e  
 Aut a b (corr. m. 2) fh = a Sen. | nexo uulgo: necto O  
 (om. e nocte b n = to Sen.) tecto ed. uet. || 18 Induces Ab  
 Sen.: Inducis ceteri B | mentae B: mente A Sen. || 19 Spongia A |  
 liquoribus A (bf m. 1) || 20 colata O: decocta b in ras. m. rec.,  
 uulgo || 21 cocleis A || 23 Saepe celidonia A || 25 terantur Abh:  
 terentur ceteri B Sen. coquantur uulgo || tit. II A, pauci B:  
 III plerique B (et sic deinceps in numeris, quod iam non adno-  
 tabo) | Emigratio (Hem.) medendo B: Ad emigranum medendo  
 (sic) A || 27 Allia fgh, m. ead. corr. c (et sic u. 29) | lana A ||  
 29 terna Abh: terdena ceteri B | granis A (b et f ex corr.):  
 grana B || 30 linis Abefh: lines cdg (b ex corr.)

### III. Porrigini depellendae.

Est insensibilis morbus, sed noxia forma,  
 Cum caput immensa pexum porrigine ningit,  
 Copia farris uti freudentibus edita saxis.  
 Hanc poterit maluae radix decocta leuare;  
 Aut tu feniculum nitrumque et sulphura uiua 35  
 Contere, deinde caput permixtis abluere cunctis;  
 Furfuribusue nouis durum miscebis acetum,  
 Ut uarios crines tali des unguine pueros.  
 Prodest et tarda demissus ab arbore succus, 40  
 Et prodest cedro demissus ab arbore succus.  
 Desinet interea glomerari farrea nubis  
 Cessabitque grauis crebrae porriginis imber.

### IV. Capillo tingendo.

Quos pudet aetatis longae, quos sancta senectus  
 Offendit, cupiunt properos abscondere canos  
 Et nigrum crinem fucō simulare doloso, 45  
 His prodest acri contrita cupressus aceto  
 Uel frons lentisci uel tristia poma sabuci;  
 Lumbrici quoque terrestres miscentur oliuo  
 Et iuuenem praestant rediuiuo flore capillum.  
 Praeterea niueum poterit depellere uultum 50

tit. Porrigini dep. bef: Prorigini dep. d Prurigini dep. egh  
 Ad pruriginem depellendam A || 31 sed s: et O | formae s |  
 32 exum A; num nexum? | porrig. Ab: prorig. uel prurig. ceteri  
 (prurig. litt. ru ex corr. f) | ninguit A || 35 feniculum Ah: feni-  
 culum ceteri B | sulfura plerique B || 36 abluere O: obline uulgo |  
 37 Furfuribusue A Sulphuribusue be Surfuribusue m. 1 in Sul-  
 furibusue (sic h) corr. f || 38 de s. unguine b des anguine f de  
 sanguine cdg de samie h || 39 caedro bof | demissus Ae: di-  
 missus B || 40 nubis B nuuis A: nubes c || 41 Cessauitq; A |  
 parig. e prurig. g (f pro uar. lect.) prorig. h || tit. Ad capillos  
 tingendos A (tinguendo nonnulli B) || 43 senectas A || 44 fortasse  
 properosque | abscondere (s. supra bc) A || 46 acri c corr.: agri A  
 acri B || 50 uultum Abdg: uultum crinē c crinem in ras. m. 2  
 f, h crinem ex crimen corr. e

Resina ex facili cera uiscoque coacta.

Ad rutilam speciem nigros flaescere erines

Unguento cineris, praedixit Plinius auctor.

Si praegnans artus captiui soricis edit,

Dicuntur fetus nigrantia lumina fingi.

55

V. *Phthiriasi arcendae.*

Noxia corporibus quaedam de corpore nostro

Progenit natura, uolens abrumpere somnos,

Sensibus et monitis uigiles intendere curas.

Sed quis non paucaat Pherecydis fata tragoedi,

Qui nimio sudore fluens animalia taetra

Eduxit, turpi miserum quae morte tulerunt.

Sylla quoque infelix tali languore peresus

Corruit et foedo se uidit ab agmine uinei.

Saeptus ergo decet mordax haurire sinapi,

Uel nitro ac sale permixtis acidoque liquore

Laxatis (ut sint simul alia) tangere corpus,

Aut lacrimis ederae aut suco perducere cedri;

Quin etiam furfur mixto medicatur aceto.

Unda maris lendes capiti deducet iniquas,

Et quicquid crebri defendit silua capilli.

60

65

70

VI. *Prurigini, papulis et scabie arcendis.*

Inlotus sudor uel copia nobilis escae

Saepe graui scabie correptos asperat artus.

52 tutilam A || 53 Plinius uulgo: tullius O; fortasse libra-  
rius erat memor Tullii Marci medici, cuius dicta nuper edidit  
H. Hagenus in progr. Bernensi a. 1880 p. 9 et 12 || 54 captiuis  
orici sedit A || 55 fetus uel foetus plerique B || tit. Thiriasi arc-  
end(a)e B: Ad phytirias inarcendas A || 58 incendere uulgo ||  
59 matim Et quis | fere cydis O (ferecydis, fere cidis, fere ydis  
nonnulli B) || 60 tetra O || 62 Sylla O: Silla bfh || 63 fedo A,  
multi B | uici = (n supra ic) A || 64 anrire A (B pauci) || 66 ad-  
sint Burmannus || 67 edere A: heder(a)e B || 69 deducet O: de-  
ducit uulgo || tit. P. p. et scabie (be: scabiae fh scabia edg) arc.  
B: Pruriginiscabiis et pup = ulis arc. A || 71 nec copia Burmannus  
uel inopia Constantinus | aescae Acefg || 72 correptus A

Ergo lutum prodest membris adhibere fricatis,

Quod facit ex asino saccatus corporis umor.

Nec pudeat tractare fimus, quod bucula fudit. 75

Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis:

Sic pauidum corpus dextra parcente foueto.

Proderit ex oleo puluis, quem congerit alte

Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.

Conuenit hinc tepido lita tradere corpora soli. 80

Feruentes papulas oleo curato liquenti;

Aut acido Baccho miscebis farra lupini

Atque hinc in calido percurrens membra lauacro.

Pruritus autem salsos leuat umor aceti,

Siue maris rabidi sudor cocleaeque minutae, 85

Quarum contactu perimetur acerba libido.

VII. *Phrenesi et capiti medendo.*

Ex uitio cerebri phrenesis furiosa mouetur

Amissasque refert frendens amentia uires.

Siue calens febris iactatos exedit artus

Siue meri gustus seu frigoris efficit aura, 90

Conuenit e calidis pecudum pulmonibus apte

Tempora languentis medica redimire corona.

Inlotis etiam lanis suffire memento

Cerritum; saepe horrendi medicantur odores,

73 menbris A (ita fere semper) | frigatis A || 74 saccatus  
Turnebus: siccatus O | umor df: humor A cum ceteris B ||  
75 fimus scripsi (cf. 350, 599, 714): fimum O | quod O: quem uulgo |  
fu = dit A || 77 scabidum Turnebus || 78 altum h || 81 oleo uulgo:  
papiro O (papyro e) sapyro Hummelbergius; latet aliquid ||  
82 achido A || 83 percurrens O, n expuncta in e || 84 Pruritus  
ex Pruritus corr. A | humor A cum multis B || 85 rabidi Riui-  
nus: habidi A auidi B auidi in ras. f, qui rapidi (sic uulgo)  
m. 2 suprascr. habet || 86 acerua Abcdh (acerba, b ex corr. f) ||  
tit. Frenesi O | medendo Ab: purgando (uel -dis) ceteri B || 87 cre-  
bri A | frenesi O || 89 frebris iactatas excedit A || 91 Conuenit e  
cal. c m. rec.: Conuenit cal. O (at f m. 2 add.) Conueniet 5 ||  
92 medicare dimere A, corr. m. rec.

Atque ideo sanos etiam curarier est par. 95  
 Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri,  
 Ungitur et sucis, dederit quos parua sabucus,  
 Expressusque hederæ mandatur naribus umor  
 Aut mixtum rutæ cerebro stillatur acetum. 100  
 Non semper praesens dolor est sanabilis: ergo  
 Cura magis prodest uenturis obuia morbis.

VIII. De fluore capillorum et maculis capitis tollendis.

Defluit expulsus morbo latitante capillus,  
 Si raro lauitur; seu uis epota ueneni  
 Seu Salamandra potens nullisque obnoxia flammis  
 Eximium capitis tactu deiecit honorem. 105  
 Nonnumquam uariant maculae, paruisque parumper  
 Orbibus aspersum ducit noua uulnera tempus.  
 Uipereae pellis cinerem \*his addito rebus,  
 Roboreasue pilas ursino iungito seuo  
 Vel testudineo mala permulceto cruore. 110

VIII. Humoribus et perfrictionibus sedandis.

Saepe ita peruadit uis frigoris ac tenet artus,  
 Vt uix quaesito medicamine pulsa recedat.  
 Si ranam ex oleo decoxeris, abice carnem,

95 ideo; num isdem? | etiam Ab: om. B ceteri || 96 f mansa  
 sic A: missa B; duplex fuit in archetypo lectio | pyrethri A pyr-  
 ethri B (perethri, pyriti, pirethri pauci) || 97 Ungitur B || 98 humor  
 A, multi B || 99 stillatur O: instillatur uulgo || 100, 101 post 94  
 transp. Morgagnius || tit. De fluxu capillorum cet. om. A || 103 la-  
 uitur S: la= uetur (b eras.) A lauatur B (labitur e) || post 105  
 Barthius Adu. 26, 27 'e membranis' hos uersus inserit Seu cala-  
 mistra, rudes inflectere docta capillos, Radices sterili faciunt  
 torpere calore; aliquot uic. in hoc cap. desse etiam Ackermannus  
 putat || 106 macula A || 107 Vipe pereg A | cinerem O: cineres  
 uulgo; latet uisum in his rebus; fortasse aegris membris ||  
 109 Ruboreasue O, corr. S | saeuo A cum paucis B || tit. senan-  
 dis (d supra n m. rec.) A sedandis b: medendis ceteri B

Membra foue suco. parili ratione rigorem  
 Vrticae semen perceptaque frigora uincit. 115  
 Et ceruina potest mulcere medulla rigorem.  
 Decoctum raphani semen cum melle uorabis;  
 Siue fel ursinum tepefacta dilue lympa:  
 Proderit hoc potu; seu cassis ostrea testis  
 Usta dabit cinerem, qui pro sale sumptus in escis 120  
 Decutit en gelidum calefacto uertice uirus.  
 Nonnullus liquidum sugit mulsumque sinapi  
 Atque palato agitat, pariter retinensque uomensque.  
 Alia nonnulli mandunt oleiue liquore  
 Perfundunt calido cerebrum; nasique latebras 125  
 Quidam lactucae credunt prodesse sapes.  
 Curandi modus hic et suauis et utilis idem est.

X. Elephantiasi propellendae.

Est elephans morbus tristi quoque nomine dirus,  
 Non solum turpans infandis ora papillis,  
 Sed cita praecipitans funesto fata ueneno. 130  
 Huic erit aduersus cedri de cortice sucus  
 Mustelaque cinis uel fusus sanguis ab illa.  
 Nonnulli dixere serum prodesse bibendo.  
 Mentastrum folium potu adposituque salubre est;  
 Nec frustra bulbos et sulphura iungit aceto, 135

114 suco addidi: om. O Unguine uulgo ante Membra ad-  
 dunt | rigorem O: ualebit uulgo (in f inter ratione et rigorem  
 lac. 6 litt.) || 115 Vrticae A (B pauci) | uincit S: uincit O uincet  
 uulgo || 117 rafani O || 119 pota A; fotu Keuchenius || 121 Decutit  
 en scripsi: Decutit et O Decutiet, iet ex corr. f || 122 sugit S:  
 subit O sumit uulgo | senapi A || 123 Atque palato uulgo: Pala-  
 toque O palato in finem uersus reicit L. Muellerus d. r. m. 288 |  
 agitat uulgo: agit & A agit et uel agitet B | uomensque uulgo:  
 mouensque O || 124 mandent O, corr. f m. 2 || tit. Elephantiasi  
 (-sa A) O | propellenda A || 128 elephans O | nomine ce: numine  
 A ceterique B || 131 cedri A || 134 Mentastrum A | adposituque  
 et e et e ex corr.: adpositaque B ad posituque A || 135 bul-  
 bus A | iungit S: iungit O | aceto e aceto (o ex corr.) f: aceti A  
 et ceteri B

Qui cupit horribiles ad pristina reddere uultus.  
 Praeterea nitrum debes cum melle iugatum  
 Spargere lacte bouis, uarias sic ungere frontes.  
 Cerussam et cartam, quam gens Aegyptia mittit,  
 Ture simul misceque oleo, quod flore rosarum 140  
 Conditum est: line sic faciem, sic redde salutem.

XI. *Cutis et faciei uitii propellendis.*

Inuida si maculat faciem lentigo decoram  
 Nec prodesse ualent naturae dona benignae,  
 Erucam atque acidum laticem simul in line malis 145  
 Proderit et bulbus mellis dulcedine uictus,  
 Crudaue dulcacido miscebis rapa liquori.  
 Sanguine uel leporis morbus delebitur oris.  
 Frons salicis cum flore suo contrita medetur.  
 Saepiolae cineres ex ossibus omnia leuant.  
 Cygneos adipem hilaro misceto Lyaeo: 150  
 Omne malum propere maculoso ex ore fugabis.  
 Horrebit si liuor atrox aut nigra cicatrix,  
 Attrito sapone genas purgare memento,  
 Rugarum sulcos lentisci mastice tendens. 155  
 Si uero uitium est quod ducit ab impete nomen,  
 Hoc matutina poteris cohibere saliuam  
 Seu folio platani, quod mansum mane uorabis.  
 Foeda fluunt curui quae purgamenta cameli  
 Urentur cineremque dabunt, iungentur aceto  
 Mascula tura simul, diuinaque cura ualebit. 160

136 habet A: om. B omnes | cupit A: cupis uulgo || 138 ≡ ungere A || 139 chartam A hic contra morem; sic uel cartham uel cartam B | quam f ex corr.: qua A quae B || 140 Ture O: Tunde uulgo | oleoque O: oleumque uulgo || 142 maculat Ab: maculet ceteri B | lentico A || 145 dulcedine A || 150 Cygneos O (Coeneos g Cicneos f) | hilaro O: hilari c corr. g | lyeo A: lieo B (quod iam non adnotabo) || 154 mastice, ita O | tendens uulgo: tende ≡ s A tendes B || 155 impete A impite nonnulli B || 156 matutina A || 157 uorabis f m. 2: donabis O (domabis c corr.)

XII. *Aurium uitii succurrendis.*

Cum saeuus teneras dolor alte sauciat aures,  
 Fraxinea in flammis fundit quem talea sucum  
 Instillas siue obscenos ex uirgine rores  
 Aut sucum ex folio, dederit quem populus alba. 165  
 Saepe chelidoniae rapidum sociatur acetum,  
 Adiunctoque nitro procedit cura salubris.  
 Mentastris liquor expressus conducere fertur.  
 Infectum uiolis oleum bene consulit auri.  
 Annosa rubros si legeris arbore uermes,  
 Ex oleo tere: sic tepidos infunde dolenti. 170  
 Si uero obstrusa sensus morietur in aure,  
 Lumbricos terrae seuumque ex anseris rauco  
 Excoque: uel ueterem poteris dissoluere morbum.  
 Fella bouis surdis etiam prodesse loquantur,  
 Si iungas olidae graue quod minxere capellae. 175  
 Si uero incantata animal penetrauerit aures,  
 Proderit admixto pauidi fel muris aceto.  
 At si lympham nocens peruaserit, anseris aptus  
 Inmittetur adeps ceparum non sine succo:  
 Qui grauis est oculis, sensum tamen auribus auget. 180  
 Uis et Phoebigenae diuinam discere curam?  
 Siqua uel annosis confecta doloribus auris  
 Plectitur, hoc uno medicamine cuncta ualebit.  
 Alia tu septem numero septemque lupinos  
 Ceruinam dabis in testam, tum Delphica frondis 185

161 a ≡ te A || 162 talia A || 163 Instillas O: Instilles uulgo  
 Instilla Ranzowius || 165 tepidum Burmannus || 167 Mentastra  
 (i supra ra) A || 169 Annosa ita ut a ex corr. sit. A c d f Annoso  
 ceteri B praeter g (f annoso, i supra so, A mg. m. 2) || 171 ob-  
 strusa O: obtusa uulgo obtrusa aliae edd. | morietur O: remore-  
 tur uulgo || 172 saeuumq; A (nonnulli B) || 173 uel — dissoluere  
 O: sic — depellere uulgo || 174 locuntur pauci B || 178 At | f aut  
 suprascr. m. 2 A || 179 s ≡ uco A || 181 foebigenae A || 182 Siqua  
 Constantinus: Sitque O || 183 habet A: om. B omnes || 184 tu A:  
 tum B | f totidemque lupinos mg. m. 2 A || 185 Ceruinam scri-  
 psi: Ceru ≡ tiam (f ceruicium suprascr. m. 2) A Ceruciam B Cer-

Addatur, mixto totum feruescat aceto:  
Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

XIII. Oculorum dolori mitigando.

Summa boni est alacres homini contingere uisus,  
Quos quasi custodes defensoresque pericli  
Prospiciens summa natura locauit in arce: 190  
Sic tamen, ut nullos paterentur desuper ictus  
Atque supercilio pauidi tegerentur opaco.  
Sed dolor inmeritum lumen si forte lacessit,  
Lana madens oleo noctu conecitur apte  
Uiuentisue nepae lumen gestatur amicum. 195  
Ex folio caulis cineres confractaque tura  
Et laticem Bacchi fetae cum lacte capellae  
Desuper induces atque una nocte probabis.  
Hyblaei mellis sucus cum felle caprino  
Subueniunt oculis dira caligine pressis. 200  
Uettonicae mansus siccabit lumina sucus.  
Si tenebras oculis obducit pigra senectus,  
Expressae marathro guttae cum melle liquenti  
Detergere malum poterunt uel uulturis atri  
Fella, chelidonio fuerint quae gramine mixta. 205  
Haec etiam annosis poterunt succurrere morbis.  
Fel quoque de gallo mollitum simplice lymphae  
Exacuit puros dempta caligine uisus.  
Sive columbarum fimus admiscetur aceto,

uitiam f) Muriceam Hummelbergius Puniceam alii | testum A |  
tum B: cum (t tum *suprascr.* m. 2) A | delicia O || 186 feruescat  
aceto (t oliuo *suprascr.* m. 2) A || in titulo dolores (sed miti-  
gando) A || 197 faetae A (foetae nonnulli B) || 199 Hyblei O |  
sucus O: suci *uulgo*; at cf. *Neue lat. Form.* I p. 527<sup>2</sup> | felle |  
f lacte *mg.* m. 2 A || 200 prensis (s supra n) A || 201 Uetton. e  
Ueton. h: Uitton. A cum ceteris B | siccavit A || 205 chelidonio  
A chelidonio B plurimi: chelidonio b | quae O: quis *uulgo* | gra-  
mine O: gramina pauci B || 208 Exacuit O: Exacuet *uulgo* ||  
209 admiscetur *uulgo*: miscetur O

Seu fel perdiciis parili cum pondere mellis. 210  
Uina chelidoniae simili ratione iugantur  
Efficiuntque suo praeclaros unguine uisus,  
Aspera quin etiam mulcent et rupta reducunt.  
Si genus est morbi miserum, quod lumen adurit,  
Hic calor infuso mitescit lacte canino. 215  
Si tumor insolitus typho se tollet inani,  
Turgentibus oculis uili circumline caeno.  
Anguibus ereptos adipos aerugine misce,  
Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes.  
Si uero horrendum ducent glaucomata peplum, 220  
Spiritus alterius prodest, qui grana cumini  
Pallentis mandens uisus exalat in ipsos.

XIV. Dentium uitio et oris fetori medendo.

Haud facile est acrem dentis tolerare laborem,  
Quo magis est aequum medicam pernoscere curam.  
Cum Baccho uiolae incoxeris, ore teneto. 225  
Mansus item prodest sucis oleaster acerbis:  
Hinc oscedo fugit, linguae quoque uulnera cedunt.  
Cum uino piper et nitro tepidum inde dolenti.  
Saepe chelidoniae suco uel lacte capellae  
Sanescunt dentes aut tauri felle iuuantur. 230  
Aut acidi latices clauso uoluuntur in ore.  
Manditur apta rubus gingiuis et bona labris.

210 parili A (pauci B *ex corr.*): pari B || 211 Una (i *suprascr.*)  
A | chelidoniae (i supra prior. o) A | iugatur (n supra at) A  
iugantur multi B || 216, 17 habet A: om. B (post 222 *uulgo ex-*  
*tant*) || 216 tyfos (fo *ex corr.*) et olei A, *correci*; se tollat *uulgo* ||  
217 num uituli? | circumline (e supra a) A || 218 erugine O ||  
219 ruptas A: raptas B || 220 ducunt e *corr.* | claucom. A | peplum  
*uulgo*: plumbum O limbum Heinsius || 221 cymini A || in titulo  
fotorei A fetore uel faetore multi B || 223 laborem A: dolorem  
B (f dolorem A m. 2 *suprascr.*) || 225 bacho A cum multis B |  
incox. A: decoq. B || 226 aceruis A et multi B (in nonnullis *corr.*  
m. 2) || 229 chelidoniae A | lactae A || 231 latices (o *suprascr.* ie) A

Lentiscus myrtusque emendant oris odorem.  
 Quod uero adsumpsit nomen de dente fricando,  
 Ceruino ex cornu cinis est; aut ungula porcae 235  
 Torrida uel cinis ex ouis, sed non sine uino,  
 Muricis aut tosti uel bulbi extineta fauilla.  
 Ambitiosa putas? sunt ista salubria cunctis.  
 Exesos autem dentes si forte quereris,  
 Ure finum muris, patulis et hiatibus adde; 240  
 Uel cinerem dentis ceruini extinguere aceto  
 Conuenit atque cauis inmittere partibus apte.  
 Prodest et puluis lumbrici corpore tosto.  
 Ora ambusta cibo sanabis lacte canino.  
 Saepe etiam gelida gingiuas collue lympha, 245  
 Dentibus ut firmum possis seruare uigorem.  
 Si uero infandum proserpit ad intima uulnus,  
 Permisceto salem parili cum pondere turis,  
 Hinc tractato locum: miram experiere medellam.  
 Aut tu sume pilam, quae caudis haeret ouinis: 250  
 Haec siccata dabit molles et fracta farinas;  
 Huius et adtritu taetrum mulcebitur ulcus.

XV. *Uuae faucibus collo et quae mollienda sunt  
 medendis.*

Aegrescunt tenerae fauces, cum frigoris atri  
 Uis subiit uel cum uentis agitabilis aer  
 Uertitur atque ipsas flatus grauis inficit undas; 255  
 Uel rabidus clamor, fracto cum forte sonore  
 Plenum radit iter. sic est Hortensius olim  
 Absumptus; causis etenim confectus agendis

233 emendat A || 234 friggando A || 238 Ambitiosa A | cunctas (i supra a) A || 245 gengiuas aliquot B | limfa A || 248 parali (i supra alt. a) A || 250 habet A: om. B | tu ≡ A | ouilis A || 251 molles Ab: mollis ceteri B (in -les pauci corr.) || 252 tetrum O || in titulo collo om. A, qui et sanandis pro medendis || 253 agri (c supra g) A || 256 facta A || 257 Plenum O: Planum uulgo | ortensius bd (c f g ex corr. m. 2): ostensius A cum ceteris B

Obticit, cum uox domino uiuente periret  
 Et nondum extincti moreretur lingua diserti. 260  
 Ergo omni studio quaeres inhibere dolorem.  
 Simplicibus lymphis confunditur aerium mel,  
 Additur excussus niuea similagine furfur:  
 Decocta haec clauso simul exercentur in ore.  
 Praeterea fauces extrinsecus unguere prodest 265  
 Ursino et tauri seuo cerisque remissis,  
 Omnia quae geminis aequabis lancibus ante.  
 Disce etiam miram ex humili medicamine curam.  
 Attiaco melli iunges agreste papauer  
 Decoctumque simul mandes mansumque uorabis. 270  
 Crinitae porri radices quinque coquantur,  
 Hinc aqua non feruens uoluatur fauce sonora,  
 Nec tamen in stomachum descendat gutta patentem.  
 Si uero adflictam languor deiecerit uuam,  
 Tunc horas aliquot pronus recubare memento; 275  
 Aut illam puluis tosti releuabit anethi  
 Aut cinis ex coclea uel torrida brassica flammis.  
 Angina iam uero mixtum sale poscit acetum,  
 Quod refert clauso uersatum agitare palato.  
 At si ceruices durataque colla rigeant, 280  
 Mira loquor, geminus mulcebitur unguine poples:  
 Hinc longum per iter neruos medicina sequetur;

261 quaeres B: quaeris A | inebere (i supra prim. e) A || 262 lymphis A || 264 clauso, o eo a corr. A || 265 unguere A (pauci B) || 266 tauri c corr.: taurino O | sebo (u supra b) A || 267 geminis A || 268 humili | f uili suprascr. m. 2 A || 269 Attiaco A cum plerisque B: Atciaco be Actiaco uulgo | iunges b: iungis A iungas ceteri B || 273 stomachum A || 274 adflictum A || 276 releuabit A, corr. m. 2 | anethi O || 277 coclea, -co supra lin. A || 278 Angina uero mixtum O (sic, nisi quod Angina e Angina supra i posita u f Angine b), quod iam inserendo correxi. Uerum angina sibi mixtum uulgo, Angina uero sibi m. L. Muellerus comm. Lucil. p. 267 || 280 sqq. continuantur prioribus in O; in A m. 2 in marg. adposuit De rigore ceruicis; uulgo nouum caput incipiunt || 280 Aut A || 281 loquor A: loquar B || 282 pariter nonnulli B

Anseris aut pingui torpentia colla fouebis.  
 Inditur et ualido multum lens cocta in aceto  
 Aut caprae fimus ex bulbo aut ceruina medulla: 285  
 Hoc etiam imotos flectes medicamine neruos.  
 Quos autem uocitant tolles, attingere dextra  
 Debebis, qua gryllus erit pressante peremptus.

XVI. Tussi et cholericis medendis.

Noxia si cholerae penitus saeuire uenena  
 Perspicias, cocta lactucae fronde leuabis. 290  
 Proderit et caules adsumere saepe madentes.  
 Interdum fauces tussi quatiuntur atroci:  
 Alia tum sumis decocta et melle peruncta,  
 Semina uel raphani permixto dulcia melle. 295  
 Aut si fraxinea semen de fronde reuellis,  
 Interiora uora, uetitus contingere dente.  
 Ouum melle teres domitum feruentibus undis  
 Marrubiumue potens: haec faucibus optima sumes  
 Frenabisque grauem facili medicamine tussim.

XVII. Stomacho et digestionis.

Qui stomachum regem totius corporis esse 300  
 Contendunt, uera niti ratione uidentur.  
 Huius enim ualidus firmat tenor omnia membra  
 Aut contra eiusdem franguntur cuncta dolore.

283 torpentia *uulgo*: torrentia **O** || 284 Inditur et *scripsi*:  
 Inlatur (-tus b) et **O** Inlatur **A** *mg. m. 2* || 285 ex bulbo **Ab**:  
 et bulbo *ceteri* **B** et bulbi *uulgo* || 287 Quas **A** || 288 grillus **O** ||  
*tit. colericis* **O** *senandis* (d *supra prior. n*) **A** || 289 colera (-re b *ex*  
*corr.*, -re e) penitus **O** penitus cholerae *uulgo* | se=uire **A** ||  
 293 sumis **O**: sumes e *ex corr.*, *uulgo* || 294 Semina — rafani —  
 melle **O**: Semine — mella *uulgo* || 296 Interiora **A**: Integriora  
**B** || 297 Cum **A** || 298 Marriuumue (u *supra prior. i*) **A** || 299 Fre-  
 nauisq. et facile **A** | tussem *plurimi* **B** | *tit. digestionis ex degestione*  
*corr.* **A** | medendo *uulgo addunt* || 300 totius & corporis **A** || 303 Aut  
**O**: At *uulgo* Et e

Quin etiam, nisi cura iuuat, uitare cerebrum  
 Fertur et integros illinc auertere sensus. 305  
 Lactucae semen nigrae, quod lignea pila  
 Triuerit, admixto ieiunus sumito melle;  
 Sed coclear trinum gustu tibi sufficit uno.  
 Aut tritum semen raphani mulsumque iuuabit;  
 Sine duae partes absinthi ac tertia rutae 310  
 Decoctis potantur aquis siliquaeque madentes;  
 Semina uel marathri fetae cum lacte capellae;  
 Puleium quoque decoctum curabit amice.  
 Et potu et fotu stomacho condecit acetum.  
 Seu cocleas undis calefactas ac prope uictas 315  
 Suppositis torre prunis uinoque garoque  
 Perfusas carpes: prodest magis esse marinas.  
 At male digestis si crapula saeuierit escis,  
 Ex pipere et calida florem de rore marino  
 Ebibe; seu salibus piper adde et tenue cuminum, 320  
 Quae coctis iunges epulis et rapta uorabis.  
 Aut cubitum pergens sucum cape tristis aceti.  
 Uentriculus mergi iactus sale \*teriacusque\*  
 Tosto pane super, piperis quoque puluere multo  
 Miscetur: capies diuinum munus in istis. 325

304 etiam t nisi si c. iuuat (e *supra a*) **A** || 308 trinum *uulgo*:  
 trino **O** | uno *in unum corr.* **A** (unum e *m. rec.*, h) || 309 rafani  
**O** || 310 ac **O**: et *uulgo* || 312 maratri factae **A** | lacte pupellae  
**A** || 313 Poleium *multi* **B** | coq. decoctumq. curabit (*iua supra*  
*cura*) **A** || 315 cocleas **A** | cala (e *supra a alt.*) factas **A** || 316 tor-  
 rere **A** || 317 carpes **O**: cape b *ex corr.* | prodest 5: sed prodest  
**O** | magis **A** || *inter 317 et 318 A marg. ad digestionē litt. maiusc.*  
*nullo in textu interstitio* || 318 male *in mala corr.* **A** || 320 E=bibe  
**A** Et bibe *aliquot* **B**; *num* Ebibe ? || 320 et] ac **A** | cuminum  
**A** || 321 iunges *ego*: tanges **O** (-gis b) tingues *uulgo* | aepulis ac  
 r. **A** || 322 Aut, t *supra lin.* **A** || 323 iactus **B** (actu *in iactu corr.*  
*m. 2* b tactus h tact=is e mergi iactus sale *totum in ras. f*):  
 lactis (*suprascr. f* iactus) **A** | salterica (*prior a ex e corr.*) usq.  
 (o *supra u*) **A** (*qui ad salterica in marg. adscribit salmorica*);  
 sale eriacusq; b e f salteriacusq; c d g sale grauuusq; h sale tritus  
 et ustus *uulgo* || 324 piperi *aliquot* **B** || 325 Miscetur **A**: Miscetur **B**

Proderit hoc stomacho, uictas et concoquet escas:  
Grana peregrini piperis diffundito quinque,  
Nicolao molli quae mane inserta capesses.

XVIII. Felli, uomitu et phthisi arcendis.

Lutea si crescent et cunctis noxia fella,  
Alia parua nouem, piperis tot permole grana, 330  
Quae cyatho diluta gari mandesque bibesque;  
Haec iterum septena capis, post denique quina.  
Praeterea caules, si frondet passa, sabuci,  
Decoctos sale permisces ac iungis oliuo:  
Tum capis ac tali purgas medicamine fella. 335  
Prosunt et pelagi latices, quos pondere iusto  
Duleibus adsocias lymphis mellique liquenti.  
Et niueus prodest ex ubere sucus asellae,  
Si tepido uino infundas, ac mella piperque.  
At uomitum radix narcissi pota mouebit. 340  
Si uero phthisis annoso sedet inproba morbo,  
Intritas uino cocleas hausisse iuuabit.  
Proderit et ueteris seui pila sumpta suilli,  
Quos capulas quoque perducit medicina salubris.

326 concoquet ex conquoq& corr. A: concoquit B || 327 dif-  
fundito A; defundito Hummelbergius || 328 Nicolao B: Nicolo  
(a suprascr. alt. o) A Niliaco uulgo | molli B: molli (e supra o)  
A | capesses A: capessis B || tit. Felli uomitu (-to A) O: Fellis uomi-  
tui uulgo | thisi A thisi uel pthisi B | arcendis om. A || 329 cre-  
scent O: crescent uulgo || 330 piperis (t ro supra eri) A || 331 ciato  
O || 332 capis uulgo: capes O (capius h) || 333 caules si 5: caule  
si O | passa A: parua B | sabucus (i' supra us) A, sabucis  
(samb.) B, unde sabuci restitui; sabucus uulgo || 334 Decoctos  
uulgo: Decocto A Decocta (-te b) B | permisces A: permiscis B  
(sed -scis in b ex -sces corr.) | spargis (mg. iungis) A || 335 Tum  
5: Tunc O | purgas medicamine fella A: auxilio fella horrida  
purgas B (et A m. 2 suprascr.) || 339 uino A: uinum B || inter  
339 et 340 A marg. Ad uomitum || 340 Ad O | parta (suprascr. i  
pota) medebit A || inter 340 et 341 A marg. Ad phisim || 341 phy-  
sis (t supra ph) A ptisis B (ti= sis in ras. f) || 342 iuabit A ||  
343 seui c m. rec.: seu A, om. B (eciã add. b m. 1) || 344 sic ut  
dedi corrupte O (producit pauci B); Carne asinae seuoque ca-

XVIII. Mammis sanandis uel stringendis.

Ubera fecundo ualde lactentia suco 345  
Saepe sibi noxae nimium manando fuerunt:  
Faece igitur ualida saeui reprimuntur aceti.  
Post partum tumidas iniuste adsurgere mammas  
Interdum aspicias: harum mala commemoratur 350  
Murinum fimus ex pluuiio sedare liquore.  
Sin autem clausas penitus dolor angit acerbus,  
Lumbricis terrae turgentes ungue corymbos.  
Si castigatas studium est praestare papillas,  
Ex hederæ sertis ambas redimire memento 355  
Protinus et raptas fumis mandare coronas;  
Anseris aut seuum pariter cum lacte tepenti  
Ant ouum inlinito, tulerit quod garrula perdix.  
Praeterea pluuiio decocta papauera rore  
Haerescant, multis post absoluenda diebus. 360  
Uis et Phoebigenae caelestia sumere dona,  
Ubera cum taetris laniata doloribus horrent?  
Nauis ramentum et quae nomine prassion herba est  
Et quae uulgari sermone insana uocatur  
(Graecus hyosecyamon propria scit dicere lingua)  
Nec non et calami radix lapathique legumen 365  
Mixta dabunt miras, experto crede, medellas.

prae uulgo audacissime; Quae scapulas eqs. Aldus || 345 ualde O:  
multum uulgo | lactentia A: lactantia B || 346 noxae Ae: noxa  
B ceteri | fuere A || 347 Faece O | seui A: duri B | reprimuntur A ||  
348 iniuste A || 349 commemoratur (t supra u, = -tum) A ||  
350 Murinus uulgo || 351 paenitus d. angita ceruus A || 352 corim-  
bos O, quos A marg. explicat capita mammarum || 353 papillas  
O: mamillas uulgo | 354 heder(a)e O: heder(a) uulgo | redimere  
A cum multis B || 355 mandere A || 356 saeuum A | capellae  
(suprascr. i tepenti) A || 357 inlinito uulgo: inlinitum A inlinitum  
B || 359 Haerescant uulgo: Herescunt O | absolu. O: dissolu.  
uulgo || 360 foebigenæ A || 361 tetrus O || 362 Nauis A: Habis B  
(Nabis b corr., h) || 364 hyosciamum A | propria scito o: propria  
scito B proprias cito A || 365 calami radix A: calamis (calamis)  
adeps B | lapathiq. A lapatique B || 366 dabis (t bunt suprascr.) A ||  
tit. Reiectione A (multi B) | restr.] abstinentiae A abstinenti (-dis) B



XX. *Reiectioni cibi aut sanguinis restringendae.*

Si stomachus nondum concoctas expuit escas  
 Et magis atque magis uitium rediendo ualescit,  
 Alia caedemus crebrumque trahemus odorem.  
 Sin etiam rutilus refertur pectore sanguis, 370  
 Sorbitio mentae, raphanus uel cocta iuuabit.  
 Saepe lapis teritur (specularem nomine dicunt)  
 Et mixtis hauritur aquis sistitque cruorem.  
 Uritur interdum raptus de subere cortex,  
 Et cinis ex calido prodest epota Lyaeo; 375  
 Quorum cinis aut coclearum aut denique melis  
 Aut cinis ex salicum ramis prodesse putatur;  
 Aut platani pilulas acri infundemus aceto:  
 Nullus erit sanguis, quem non cibus iste moretur.

XXI. *Iecoris et lateris uitii medendis.*

Si mollis iecoris fibras dolor angit acerbus, 380  
 Protinus ex mulsa potanda elelisphacus herba est;  
 Sumitur aut semen, quod fraxinus alta profudit,  
 Uulturiue iecur uel ius perdicis apricae.  
 Praeterea simili dragma pix dura piperque  
 Franguntur, sic in mollito puluere iuncta 385

367 stomachus (h supra e) A | non (t con suprascr.) coctas  
 A | expuet A || 368 Ac A | rediendo scripsi: redolendo A reco-  
 lendo B reuomendo uulgo || 369 cedemus A (et fere B) || 370 num  
 Sin autem ? | referetur A || 371 Sorbitium B | ment(a)e rafa-  
 nus O | iuuabit, t b supra alt. u. A || 372 speculare uel -ri pars  
 B | dicunt A: dictus B || 373 Hic (& suprascr.) A | auritur A ||  
 374 derubore cortex A || 376 melis Morgagnius: mellis O || 377 ex  
 salicum A: e salicum B (ex alicum d) || 378 pilula sacri A ||  
 380 mollis A: molles B | iecoris (o supra y) A | angit acerbus  
 A: (h)auriet acer B || 381 lelis facus A, lelisfagus b lelitagus ceteri  
 B | herba est salina (= salvia ?) A || 382 aut A b: et ceteri B | quod] q.  
 A || 383 Uulturiue scripsi (-riique Heinsius): Uulturisue (Ult. uel  
 -torisue) B ita ut in b s a m. 2 uideatur addita Uulturisq. A |  
 apricae t discis A || 384 dragma uel dracina B | piperque ex  
 perperque corr. A

Egelidis miscentur aquis recreantque bibentem.  
 Absinthi quoque decocti potabitur humor.  
 Si latus inmeritum morbo temptatur acuto,  
 Accensum tinguens lapidem stridentibus undis 390  
 Hinc bibis; aut aceris radicem tundis et una  
 Cum uino capis: hoc praesens medicamen habetur.  
 Quid referam multis conposita Philonia rebus?  
 Quid loquar antidotos uarias? dis ista requirat,  
 At nos pauperibus praecepta dicamus amica.  
 Nec non et iecoris quaeretur fibra lupini 395  
 Iungeturque simul costum foliumque piperque:  
 Diluta haec duro dantur potanda Lyaeo.  
 Est et uis morbi, quod telum commemoratur,  
 Cum subito dolor insanus furit incitus ietu: 400  
 Persicus huic potum e nucleo dabit interiore;  
 Quae mihi cura satis casu monstrante probata est.

XXII. *Spleni curando.*

Quando lien tumido circumligat ilia uinclo  
 Et plenum splenis demonstrant membra rigorem,  
 Mollibus ex hederæ tornantur pocula lignis:  
 Hinc trahet aduuetos aeger quoscumque liquores. 405  
 Aut uiridis coctorum holerum potabitur unda.

387 Absenti A || 389 tinguens O: tingues (crasa supra e  
 uirgula) b || 392 conposita A | ≡ filonia (t c m. 2 supra f) A:  
 cilonia B (c in s corr. m. 2 b) || 393 antidotum uariis B | dis  
 Rivinus et Gesnerus: quis O (& add. supra lin. m. 2 A) | istas A ||  
 394 Ad (S; m. 2 suprascr.) A | dicamus (id est, damus), sic O ||  
 396 Iungeturque uulgo || 397 Diluta haec scripsi: Dilutaq. A.  
 sic uel Diluta qu(a)e B | duro e h (cf. c. 45 et 49): dura (o  
 supra a m. 2) A diro ceteri B (t diro, sic eg) || 400 Persicus A:  
 Persicum B Persicon uulgo | enu ≡ eleo (t c supra med. e) da-  
 bit A: e nuce dabitur (uel datur) B || 403 demonstrat A || 404 he-  
 dere A: (h)edera B | tornantur h: torrantur ef tostantur A cum  
 ceteris B tormentur uulgo || 405 trah& (t is supra &) A: trahis B ||  
 406 coctorum B ex parte

Proderit et sucto fluuialis hirudo cruore,  
 Siue myrica potens seu ros cum pane marinus;  
 Aut hederæ sucus potu adpositusque iuuabit.  
 Nec non intactam ferro quam uideris alnum, 410  
 Huic liber eripitur ferro sine decoquiturque,  
 Donec uictarum pars tertia subsit aquarum:  
 Hinc medico potu pulsus dolor omnis abibit.  
 Nonnulli memorant consumi posse lienem,  
 Siqui eruum semper ieiuno sumpserit ore. 415  
 Arida ficus item feruente domatur aceto  
 Et trita inlinitur, uel splen adponitur haedi.  
 Marrubium in uino potum prodesse loquuntur.  
 Praeterea piper ac nepetae cum flore et anethum  
 Nicolausque, apio ac boletus iungitur una: 420  
 Horum decoctos latices potare salubre est.  
 Puleium, abrotonum nitida cum mastice coctum  
 Et thymbræ speciem, quam commemorant cephaloten,  
 Praedixit spleni deus Idae posse mederi.  
 Dulcia Plautus ait grandi minus apta lieni. 425  
 Splen tumidus nocet et risum tandem addit ineptum,  
 Ut mihi Sardonicis uideatur proximus herbis,  
 Inrita quae miseris permiscent gaudia fatis.

407 Prodest (f erit *suprascr.*) A | et sucto *ego*: exueto A  
 exueto B (exueto c) exsucto *uulgo* | hirundo O; n *suppunctit* c ||  
 408 mirica A *cum plerisque* B || 409 appositusque *uulgo* || 415 Si-  
 quis eruum O (erum be serum f enim g), *correxi*; Eruum si s.  
 i. sumpseris *uulgo* || 416 dometur A || 417 haedis (f addis *add.*  
*m.* 2) A || 418 Marrubium A || 419 cicer (*suprascr.* f piper) A |  
 et nepetae cum flor& A | anethum O; h *supra* t in b || 420 Nicho-  
 lausq. apio (r *supra* q. *scr.*) ac boletus A Nicolausq. rapio ac  
 boletus B (≡ apio f apio e): Capparis atque apium buglossaque  
*uulgo* || 422 abrotonum O (aprot. A) | mastice, sic O || costum A;  
 num tostum? || 423 Et thymbræ *ego*: Etymbre A Ac t(h)ymbræ  
 fere B | quam | q: A | cephaloten A, sic uel cephalotē B ||  
 424 Idae *uulgo*: idem O || 425 plaustus d et, s *priore suppuncta*, c  
 426 et A (c *m. rec.*): om. B (ac dg) | tandem *scripsi*: tamen O  
 addet A; edit *Burmannus* || 427 sardonicis A: sard(a)eis B Sardois  
*uulgo* | proximus, *suprascr.* f amarior A || Inritaq. Ab

Dicitur exectus faciles auferre cachinnos  
 Perpetuoque aeo frontem praestare seueram. 430

### XXIII. Praecordiis sanandis.

Languida si duro turgent praecordiâ morbo,  
 Miscetur mulsae farris sextarius una  
 Nec non et lini tunsum siliquaeque legumen:  
 Haec decocta simul nondumque tepentia nectes.  
 Aut quae poma Cydon Cretaeis misit ab oris, 435  
 Cocta lines, durum ut possis mollire tumorem.  
 Ocima praeterea bulbiue linuntur amari.  
 Proderit et lymphis corpus mersare marinis.  
 Quin etiam catulum lactantem adponere membris  
 Conuenit: omne malum transcurrere fertur in illum; 440  
 Cui tamen extincto munus debetur humandi.  
 Humanos quoque contactus mala tanta sequuntur,  
 Et iunctus uitium ducit de coniuge coniunx.  
 Quod superest styraci, iunges ramenta carinae,  
 Quodque decem ex rebus confit simul atque uocatur, 445  
 Masticis addentur fractae iam mollia farra:  
 Talibus auxiliis praecordia fota resident.

### XXIII. Lumbis et renibus sanandis.

Cum saeuit penitus haerens iniuria lumbis,  
 Igne lapis candens datur exultantibus uudis:  
 Hoc poteris potu tristem superare dolorem. 450  
 Aut pice cum molli nitrum sulphurque et acetum

431 Languida Ae: Liquida *ceteri* B || 432 una B: undae f  
 una A unus *uulgo* || 435 Autq. poma cidon A || 436 lines A:  
 teres B || 437 Ocyma *codd. praeter* Ab || 439 lactantem O: lacten-  
 tem *uulgo* | adpondere A || 442 quoque] quia s || 443 Et, V  
*supra* E, A (Vt b) | ducet A || 444 styraci iunges A: thyracii  
 ungues fere B; thridaci *uulgo* || 445 decem ex decim A | confit  
 (mg. f cefi) A: coefi uel coepi B (cefi b) | uocari (f tur *supra*  
 ri) A || 446 mollia A: milia B || 447 fota A: tuta B || 448 poeni-  
 tus A; penitis *uulgo* || 450 tristem potu *uulgo* || 451 molli A:  
 melli B (melle bh)

Sucida lana rapit contacta calentibus isdem:  
 Proderit hanc aegris crebro perducere membris.  
 Aut caput asparagi cum uino sume uetusto  
 Seu maui adpone: modus conducit uterque. 455  
 Aut adipe inmixtum lumbis inducito sulphur.  
 Saepe chelidoniam cum suco Palladis addes  
 Farraque quae tremulis prosunt sudantia flammis.  
 Fertur amygdalinae sucus nucis esse bibendus:  
 Pinsitur haec tepidoque absorbitur indita fonti. 460  
 Aut tres ex uino cocleas feruescere coges  
 Cumque suis domibus franges; piperis quoque grana  
 Ter quina adicies potuque iuuaberis illo.  
 Furfur item parca fuerit cum feruidus unda,  
 Post oleo madidus saccis inmittitur aptis, 465  
 Quos uix passuris urentes addito membris.  
 Prodest ceruinae uiolens natura medullae;  
 Nec nocuit ciceris cocti potasse liquorem;  
 Aut mixtam teneris madidamque eleliphagon undis  
 Contere tumque simul cum mastice confer anethum 470

452 cadentibus B || 454 Aut, ut supra lin. add. A, ut saepius | asparagi, tertia a infra lin. add. A (asparagi dfg, om. e) || 456 adipe d: adipem B (adipem f adipi g) pidi A, quod in apide corr. m. 2, quae et adipem supraser. | inmixtum A: mixtum B: num inmixto? || 457 om. B | celidoni (am supraser. m. 2) A | pallidis (a supra prior. i) A || 459 amigd. O | post nucis duae litt. erasae in A || 460 Pins & A (Pinsetur, i supra e m. 2, b) | haec O: ac uulgo | tepidoque scripsi: tepido isq; A duplicis lectionis cum uestigio tepidisque B (-dis quae pauci) | absorbitur fere B (ex -betur m. 2 corr. b): absorbi (& add. supra lin. m. 2) A | indita fonti († addita limpis add. m. 2) A: addita lymphis B || 461 cogis B || 462 frangis B || 463 quina A: quinque B || 465 saccis A: sucis B || 466 Quos A: Quae B | suis, supraser. uix, A | addite B || 467 uiolens Ab: uiolans ceteri B || 468 potasse B: liquasse A praua adsimilatioe (libasse L. Muellerus d. r. m. 452) || 469 madidamq; lelis facon (lilisfagon uel bilisf. B) undis O: maluum contundito porris uulgo || 470 Contere tumque scripsi: Contereturque in Conteriturque (sic B) corr. A | anethum A anetum B praeter b

Quodque decem ex rebus conponi est nomine clarum:  
 His continge locum; deus haec mihi certa probauit.

## XXV. Ventris dolori mitigando.

Si dolor insanus tota desaeuit in aluo,  
 Heminis tribus in lymphae ualidam coque rutam  
 Atque apium, donec duplex pars desit aequarum: 475  
 Potus erit medicus non detractante palato.  
 Praeterea niuei sterilis testa uritur oui;  
 Quae postquam in taetram fuerit conuersa fauillam,  
 Ex calidis potatur aquis et pota medetur.  
 Nec non iungenda est utero noua uirga myricae: 480  
 Inlaesa haec ferro terraque intacta geratur.  
 Aut medio uentris prodest adspargere terram,  
 Quam signauerunt uestigia pressa rotarum.  
 Proderit et puluis facili sub cardine raptus.  
 Quin etiam ec lymphis tritum potare cuminum 485  
 Conueniet; quod iam nobis documenta probarunt.  
 Menta quoque hoc pacto medicos dabit hausta sapes.  
 Coeliacos autem recreabis pane salubri,  
 Quem madido farre efficies ac mollibus ouis;  
 Quorum testa fero prius euanescat aceto 490

471 ex A: om. B | conponi est nomine scripsi: conponi (comp.) ex nomine B compones (es ex corr.) nobile A | clarum est B || 472 continge (ti ex corr., et supraser. † contunse) A: contonse (v supra alt. o) b contuse uel contusi ceteri B || in tit. dolore B || 474 Hae minis A | lymphae O, corr. Ranzoni | ualidam coque (quoque nonnulli B) rutam O: tu decoque tritum In uino prius hyssopum, ualidam quoque rutam uulgo || 475 Atque Ab: At et Aut et Ast ceteri B | pars duplex B || aquarum B: in aqua A; num aquai? || 476 detractante A || 478 postquam (t add. m. 2) A | fauillam († rimam supraser.) A: farinam B || 480 In luso A | teratur A, et B praeter b, f m. 1, h || 482 adspargere (d in s corr.) A: aspargere et aspergere B || 485 ec ego: et B & ex A | cuminum A || 488 Coeliacos uulgo: Cyliacos A Corniliacos b Corneliacos ceteri B (A mg. pro uar. lect.) recreabunt A || 489 farrae A || 490 euanescat A: euanescere B

Refert et teretes bulbos mollire terendo  
Cumque his Lenaei durum potare fluentum.

XXVI. *Hydropisi depellendae.*

Corrupti iecoris uitio uel splenis acerbus  
Crescit hydrops aut cum siccatae febre medullae  
Atque auidae fauces gelidum traxere liquorem. 495  
Tum lymphæ interius uitio gliscente tumescit,  
Secernens miseram proprio de uiscere pellem.  
Conueniet tenerae radix decocta sabuci,  
In geminis calidi cyathis potanda Lyaei.  
Fraxineum semen cum Bacchi rore bibendum est. 500  
Nec non adposito curantur dropace membra,  
Qui subito raptos uentos sucosque reuellit.  
Nec non et tepidis conuolues corpus harenis;  
Adpositaque leues nepetae gustaque iuuabunt.  
Saepe et scillino pelluntur noxia Baccho. 505  
Elleboro bene purgatur lymphaticus error,  
Aut huius uice sementis scopulosa genestae  
Miscetur mulsis et cautis ducitur undis.

491 pulbos **A** | tenendo **B** (-dum **b** terendo **h**) || 492 lyei (*mg.*  
† linei) **A** lenei uel linei **B** || in tit. Hidropi **A, B** ex parte || 493 acerbus  
uulgo **A, B** ex parte || 497 proprio **A**: propius (-rius) **B** || 499 cali-  
di uulgo: calidis **O** | cyathis **O** || in uu. 500—512 ordinem quem  
praebet **A** secutus sum: summae in edd. turbae || 501 dropice **A** ||  
502 *om.* **B** || su=cosq. mire reuellit † cosmireuellit **A** || uu. 503  
—510 post 519 habent **B** || 503 post 508 repetit **A** | Nec non et  
tep. uulgo: Nec non et intep. **A** (interp. posteriore loco) Hoc  
etiam intep. **B** (etiam *m. 2* add. **b**) | conuolues uulgo: conuolu&  
**A** priore, cum uolu& et posteriore loco conuoluere **B** | corpus **A**:  
certus **B** || 504 Adpositoq. **A** Adpositamque **B** | leues dabis  
(*om.* **b**) nepetaq; iuuabit **B** || 505 et scillino **A**: s; mellino (i  
supra **e**) **b** sed in illino **c** sed in illo **e, f** ex corr., **h** (*d om. u.*) ||  
506 bene **O**: quoque uulgo | purgatur **A**: cogatur **B** (coquatur,  
*m. 2* ut purgatur *suprascr.* **b**) || 507 sementis **e, f** ex corr.: semen  
**A** cum ceteris **B** | scopulosa **e**: scopulosa **A** scopulas(**a**)  
**B** ceteri; uocabulum nondum sanare potui | genest(a)e **B**: ege-  
state **A** || 508 Mulcetur, † miscetur *suprascr.*, **A** | educitur **B**

Est qui praeualido frieto sale miscet aceti  
Atque olei sucus refricatque albertia membra 510  
Aut calido filicis radicem mollit iaccho,  
Unguine quo frangit uires languoris aquosi.

XXVII. *Ventri molliendo.*

Saepe cibi specie, uitio uel corporis ipso,  
Potibus aut duris restricta morabitur aluus.  
Uincetur talis mora gramine mercuriali, 515  
Cuius aquam cocti minimo cum melle bibemus.  
Prunaque conueniunt, quae mittit clara Damascus.  
Multos praeterea medici componere sucos  
Adsuerunt; pretiosa tamen cum ueneris emptum,  
Falleris frustraue immensa nomismata fundes. 520  
Quin age et in tenui certam cognosce salutem.  
Aut igitur tectum lana subponis alumen  
Aut edis in patinis tenerae decocta sabuci  
Uel cum lacte caprae salsum mulsumque capessis.  
Crede tamen potum meliorem lactis equini: 525  
Dicitur hic dulces asinae praeuincere sucos.  
Siluestris fici lacrimam prodesse loquuntur.  
Quodque ratis melius uerbis dicemus Horati,  
Mitulus et uiles pellunt obstantia conchae.

509 praeualidum **O**, *correci* | frieto **A**: frixo **B** | miscet **A** |  
aceti *ego*: acetis **A** acetum **B** || 510 oleo (i supra alt. **o**) **A** | su-  
cus (*cf. u. 199*) **A**: suco **B** | refricatq. **A**: recreat (*om. que*) **B** ||  
511 **A** calida **A**, in quo Aut saepe in initio abbreviatur **A**, sed  
*omisso interdum puncto* | mollit ia(c)cho **B**: mollita baccho †  
iaccho **A** || 514 adiris (*mg.* aut duris) **A** || 519 Adsuerant (*supra-*  
*scr.* † *suer*) **A** || post 519 secuntur 503—510 in **B** || 520 fundens  
**B** ex parte maiore || 522 Aigitur **A** | supp. **B** || 523 in platanis  
(*mg.* † in patenis) **A** | tenere **A**: teneris **B** || 524 cum uulgo: tu  
**O** (cu, † supra **c, b**) | capesses **B** praeter **b** || 526 dulces **A**: uali-  
dos **B** (et ita † ualidos **A** *mg.*) || 528 Horat. *serm.* II 4, 28 | ratis  
*Heinsius*: satis **O** patris *Burmmanus* cati *Paddamus* tuis *Lach-*  
*mannus ad Lucr.* p. 15 Quod uatis *Peerkampius ad Hor.* od.  
II 6, 24 | orati **A** || 529 Mitulus, sic **O** (leniter errant pauci **B**) |  
pollent **B**

Sed coeleas prius est urtica aut furfure pasci; 530  
 Purior hinc gustus noxa sine mouerit aluum.  
 Saepe thalassomeli adiecto cumulaimus imbri:  
 Haec purgant, parili fuerint si pondere mieta.

*XXVIII. Solutioni uentris et dysenteriae conpescendae.*

Tam uarii casus mortalia saecula fatigant,  
 Ut sint diuersis obnoxia corpora morbis. 535  
 Saepe etenim nimio cursu fluit impetus alui:  
 Frenatur, mixto cum feruet brassica uino  
 Aut cerasi uictum longo iam tempore pomum.  
 Sucus amineae uitis cum pane medetur;  
 Uel bene permixtum calida potatur acetum: 540  
 Uile quidem facili factu, tamen utile potō.  
 Ni laedent medica data purgatoria dextra,  
 Adiecto piperis medicatur puluere calda.  
 Sin autem longo decurrent intima fluxu  
 Atque immane malum multo iam tempore gliscet, 545  
 Torridus ex uino cortex potabitur oui.  
 Ramentum niuei credunt prodesse elephantis.  
 Arbore Pyramea cortex derepta coquetur  
 Axe sub aetherio, tum nigro mixta Lyaeo  
 Inmensum poterit potu retinere fluorem. 550  
 Numinis aut iussu cedrim cum mastice misces

530 urtica ut **A** || 532 thalassomeli (-lli) **B** thalassomelli **A** |  
 adiecto **O**: iuncto *L. Muellerus d. r. m.* 200 | comul. **A** || 533 Hac  
 prosunt **A** || *tit.* dysenterica cōpescenda **A** || 534 uarios **A** || 535 Aut  
 (t ut *supra*) **A** | menbris t morbis **A** || 537 Frenat commixto **B** ||  
 538 cerasi **A** || 539 aminei uitis c. p. medetur achiui (*mgo* albus)  
**A**, unde *conicias eiecto* uitis *scribendum esse* aminei — lacchi ||  
 541 Velle quidem **A** | factu **S**: tactu **A** facto **B** | potō **A**: puto  
**b** **d** **h** poni **e** patō (*v supra* **o**) **f** opinor *uulgo* || 452 Ni *scripsi*:  
 Si **O** | laedunt *uulgo* | medica data **A**: medicata (modicum tum,  
 medicamenta) **B** || 545 gliscet *ego*: gliscit, *suprascr.* crescit, **A**  
 gliscit **B** || 546 corti ex **A** || 547 elephantis *uulgo*: elefanti (-phanti)  
**O** || 548 pyramia cortex (*e supra* *ult. i*) **A** | direpta **O** || 549 tum  
**A**: sic **B** | nitro **A** || 551 Nom. (*v supra* **o**) **A** | caedrim **A**:  
 e(a)edrum **B** | cum **e**, **f** *m.* 2: *om.* **A** in **B** | masticae **A**

Mollitamque picem et rasum de nauibus unguen.  
 Languida quo fidens medicamine membra fouebis.  
 Proderit et pueris, quos dentis origo fatigat,  
 Castaneas coxisse nuces et sorba uetusta 555  
 Atque apium caulesque, rubus quos fundit acuta:  
 Potio quae fluidam consumpta morabitur aluum.

*XXVIII. Lumbricis et taeniis aspurgandis.*

Quid non aduersum miseris mortalibus addit  
 Natura, interno cum uiscere taenia serpens  
 Et lumbricus edax uiuant inimica creanti? 560  
 Quod genus adsiduo laniat praecordia morsu.  
 Saepe etiam scandens obpletis faucibus haeret  
 Obsessasque uias animae concludit anhelae.  
 Ergo cinis cornu ceruini proderit haustus  
 Uel nepetae tritum ex uino uel lacte capellae; 565  
 Nec non et sucus medici potatur aceti.  
 Prodest praeterea cum Baccho Persica frondis.  
 Democritus memorat mentae conducere potum.  
 Sumitur abrotonum nec non et uile melanthum.  
 Alia per sese sanant aut uis coriandri. 570  
 Quin et marrubium decoctum haustumque iuuabit.  
 Puleiumue potens et agreste iugatur anethum:  
 Synthesis haec prodest unda mollita calenti.

552 unguem **A** unguē **B** *plerique* || 553 fouebis (t t *supra* **s**):  
 fouebit **B** || 554 dentis **B**: uentris **A** || 556 rubos (*v supra* **o**) **q**.  
 fudit aceta (**o** t **o supra** *alt. a, sic*) **A** || 557 Potioq. (*ue supra*  
**q.**) fluidam **A** || *tit.* tinea **O** | purgandis *uulgo* || 558 addit,  
*suprascr.* t edit, **A** || 559 internum **A** | uiscera tinea **O** || 560 cre-  
 anti **A** || 562 oblepis **A** obpletis **B** *praeter* **b** || 563 animae **A** (t  
 uite *suprascr.*): uitae **B** | anhelae (*h erasa*) **A** || 564 *sq. unus*  
*om. b* || 565 nepit(a)e **O** || 566 potantur **A** || 568 Democritus (*a*  
*supra* **u, sic**) **A** | 569 Simitur (*v supra* *pr. i*) **A** | abrotonum  
**B** || 570 Alia, *alt. l. supr. lin. add.*, **A** | uis **A**: ius **B** | melanthum  
**A** (*et pauci* **B**) | coriandri (*r prior in l. corr.*) **A** || 571 iuuabis **A** ||  
 572 iugatur *multi* **B** | anetum **A**, **B** *praeter* **b** || 573 Sinh. **A**

XXX. *Coto sedando.*

Cum colum, inuisum morbi genus, intima carpit,  
Mande galeritam uolucrem, quam nomine dicunt, 575  
Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.  
Siue apio nepetas tereti cum mastice iunge,  
Nec non et species ambas halantis anethi,  
Quarum decoctos patiens haurito liquores.

XXXI. *Vessicae et calculo purgando.*

Si cui uessicae tardus cunctabitur humor, 580  
Haec mora rumpetur uino peruicta uetusto.  
Proderit ex paruīs acinos potare sabucis  
Aut hederæ sucum aut lacrimosi trita sinapi.  
Nec non resinas ex Oricia terebintho  
In speciem eruiliae paruos glomerabis in orbes, 585  
Quos ternos tepida mixtos hausisse medella est.  
Quondam etiam nimio praeceps urina fluente  
Inrigat exuuias obscenoque inficit imbre:  
Tum leporis cerebrum ex uino potare licebit.  
Si dolor internam uessicae concoquet aluum, 590  
Subueniet radix frondosae epota cupressi

574 colum *scripsi*: colus O | gerum, nis (*sic*) *supra* rum, A ||  
575 gale uitam O (gule uictum, e *supra* prim. u, b) || 577 tereti  
*ex* teritum *corr.* A | iunge Ab: iunges (-as) *ceteri* B || 578 am-  
bas O: semper *uulgo* | halantis A: alantis b at(h)lantis *ceteri* B ||  
579 decoctus A || *tit.* cauculo A | et urinae prouocandae (urī  
prouocō b) *addunt* B || 580 uessicae *ferē* B *ubique* || 581 uincetur  
(rump *suprascr.*) A || 582 Prodest B || 583 senapi (i *supra* e) A ||  
584 Oricia] orscia et A, et *similia* B | terebinto O (*ex* -bento  
*corr.* A) || 585 herbilię (*mg.* † iruilię) A | glomerabit (-uit) B ||  
588 Inr. (r *supra* n) A | infigit (c *supra* g) A inrigat B *praeter*  
b | imbri B || *post* 588 B *addunt*: Ergo cinis proderit hausto uel  
nepate suco Datum ex uino tritum uel lacte capelle, *quae ex*  
564 *sq. prauē repetita et in edd. uariē mutata recte om.* A ||  
589 licebit † debebit A: debebit B (decebit *pauci*) iuuabit  
*uulgo* || 590 Si *ex* Sed *corr.* A: Sed B (*qui post uessicae addunt*  
*si*) | conquoct A conquoquit uel concoquit B || 591 rad. frond. *uulgo*:  
frond. rad. O

Puleiumue potens domitum feruentibus undis.  
Si uero in lapides densus conuertitur humor,  
Qui retinent cursus gemitumque dolore frequentant,  
Saxifragam seu spongitem succurrere credunt. 595  
Praeterea semen myrti siluestris laccho  
Atque oleo mixtum bibitur, nec desit acetum,  
Uinaque sumantur fricto condita cumino;  
Siue palumborum capitur finus acre ferorum,  
Dulcaecidis sparsum sucis trituque solutum; 600  
Nec non obscenus caprae potabitur humor:  
Obruet hic morbum labefactaque saxa remittet.

XXXII. *Conceptioni et partui.*

Inrita coniugii sterilis si munera languent  
Nec sobolis spes est multos iam uana per annos,  
Femineo fiat uitio res necne silebo: 605  
Hoc proterit magni quartus monstrare Lucreti.  
Sed natura tamen medicamine uicta potenti  
Saepe dedit fetus studio curante paratos.  
Aut igitur leporis consumit femina uuluam  
Aut, ouis in stabulis fractas cum ruminat herbas, 610  
Pendentem spumam molli deducit ab ore  
Atque illam meminit mixto potare Falerno.  
Mercurialis item capitur communiter herba,

*ad* 593 A *mg.*: Ad calculosos || 594 retinet — frequentat B ||  
595 Saxifragum A | seu spongitem *Hummelbergius*: seus (seu  
*pauci*) fongitem B fesso iugiter A *aperta interpolatione* || 596 mirti  
A, B *ex parte* | yacco A || 598 sumentur A | cymino A || 599 acre  
(care A, *sed mg.* † acre) ferorum O: aeriorum *uulgo* (fimus *pro*  
*neutro tertiae declin. usurpatum, cf. ad u. 75*) || 600 sparsus —  
solutus *uulgo* | tritumq; (o *supra* um) A tritoque B || 601 Nen  
(c *supra* n) A || 602 Obruet — remittit B | hinc morbos A ||  
603 sterelis A, et *ferē* B || 604 Nec O: Et ≤ | iam (*suprascr.*  
*dum*) A: dum B || 606 quartus magni B || 607 uita = (ita *in*  
*ras*) A | potenti est B || 608 foetus A *semper (partim sic, par-*  
*tim fetus B)* | paratus A: patratos d || 612 memini B || *inter* 613  
et 614 A *mg.*: Ad tenendum par (= partum)

Si cubitum noctu coniunx festinat uterque.  
 Atque ubi iam certum spondet praegnatio fetum, 615  
 Ut facili uigeat seruata puerpera partu,  
 Dictamnum bibitur, coeleae manduntur edules;  
 At cui, cum menses octo ille moratus in aluo est,  
 Iam rumpit thalamos et nexus soluit inertes,  
 Pulei \*quoque amico conuenit imbre repentis\*, 620  
 Cuius opem ueram casus mihi saepe probarunt.  
 Quin etiam stercus supponunt uulturis atri,  
 Sentiat ut minime, partus quod proximus urguet;  
 Qua etiam rutae et fragili miscentur anetho,  
 Quae diluta leui Baccho atque exhausta medentur. 625

XXXIII. Profluio cuiusque sanguinis et matrici.

Si modicus pleno manat de corpore sanguis,  
 Subuenit; at nimius cum uita funditur ipsa.  
 Quapropter multo naris completa cruore  
 Cum fluit, adtritrus cimex conducit odore.  
 Lana oleo madesit, sed nondum lauta: 630  
 Haec datur in nares uel claudit densius aures.  
 Contritis prodest cocleis perducere frontem  
 Aut galli cerebro uel sanguine tingue columbae.

614 Sic B ex parte || 615 spondit B || 616 partum B plerique || 617 Diptamnum B | mandantur B | 618 At edd. uet.: Aut O || cui cum scripsi: qui olim A olim (dolim duo) B | menses octo (minus add. mg.) A: menses minus octo B | ille addidi: om. O | est O: om. uulgo || 619 Iam rumpit scripsi: Inrumpit O Dirumpit uel Erumpit Morgagnius | 620 dedi ut extat in A; pro imbre repentis habent B inbrotus (imbr., impr.); summa licentia usi anteriores, ut Ranzouius P. q. iam purgari conuenit imbre, Keuchenius Puleio admixto uenit embryo nectus aceto (bene pro quoque Aldus) || 623 quod solito compendio (vam suprascr.) A: quam B quum uulgo: coniceres quom, nisi senioris aetatis latinis illud quod conueniret || 625 leui baccho A: simul uino B (et ita suprascr. A) || tit. post matrici uulgo addunt subueniendae || 629 cimix fere B | odorem O || 632 conducere B || 633 Agalli caerebrum A | tingue uulgo: mite A, sic uel mitte B

Quo nisi subprimitur sanguis, potandus et ipse est.  
 Praeterea Phariis caput emetire papyris: 635  
 Detrahe quod superest, illo genitalia necte.  
 Femineas illinc prodest uincire mamillas,  
 Menstruus inmensio si profluet impete sanguis.  
 Sucida lana malos remoratur subdita cursus, 640  
 Mortua quin etiam producit corpora partu.  
 Sed quaecumque fluit uis immoderata cruoris,  
 Subereus cortex calidis potatur in undis  
 Ante minutatim studio uincente terendus.  
 Pulei calido purgatur femina potu;  
 Sed si forte cruor clausa cunctabitur aluo, 645  
 Aut molles nepetae aut rutae quaecumque bibentur;  
 At si puniceos fundet uessica liquores,  
 Marrubium ex passo tritum perfunditur undis:  
 Hi poterunt haustus rutilum purgare colorem.  
 Reliquias partus dictamni detrahet herba. 650  
 Quod si feminei properabit sanguinis imber,  
 Est qui frustra molae percussu decutit uno,  
 Quorum aliquod lanis tectum ad praecordia nectit,  
 Haec simul incantans: sisti debere cruorem,  
 Ut lapis ille uiae solitos iam destitit orbis. 655

634 Quo scripsi: Quod O || 635 fariis O | metire fere B | papyris A, B multi || 636 supra est A | illo uulgo: alio O || 637 prodest illinc B | uincire ex uincere (sic pauci B) corr. A || 638 profuit B || 640 partum A: num partus? || 641 quaecumq. A: quocumq; B (quode. h) quac. uulgo; num quando usque? || 642 Subereus O (Sup. pauci B); num forma recta? || 646 quaecumque uulgo || 647 At A: Aut B | puniceos A | fundit B || 648 parso uel sparso B || 650 dictamni uulgo: l(a)eta tibi O (A mg. t letania) | detrahit B praeter b || post 650 nonnulla uidentur intercidisse || 651 femineo A | properauit Ab || 652 frustra O, r supuncta in Ac | percusso A (pauci B) || 653 nectet A || 654 cruorem, mg. t flu, A (fluorem b) || 655 solitus A

XXXIII. *Internecandis quae oculos impediunt.*

Mobilis hirsutas horret lasciuia saetas  
 Et gaudet raptu nudari flore pilorum.  
 Sed bona nonnumquam uellendi causa uidetur,  
 Corpora cum releuat ratio manifesta salutis.  
 Namque oculos infesta pilorum tela lacessunt; 660  
 Quodque illis dederat uallum natura tuendis,  
 Inde inimica seges proprios desaeuit in orbes.  
 Ergo locum crinis uulsi continge cruore,  
 Quem dat auis, tremulis simulat quae pellibus alas,  
 Sanguine uel ricini, quem nigro de cane uelles. 665  
 Praeterea quascumque uoles auertere saetas.  
 Atque in perpetuum rediuua obcludier ala,  
 Corporibus uulsis saniem perducito ranae,  
 Sed quae parua situ est et rauco garrula questu.  
 Nec non e stagnis cessantibus exul hirudo 670  
 Sumitur et uiuens Samia torretur in olla:  
 Haec acidis unguis permixta liquoribus artus  
 Euulsamque uetat rursus procreescere siluam.

XXXV. *Omnibus obscenis medendis.*

Dicendum et quae sit membris medicina pudendis.  
 Languidus antiquo purgatur penis Iaccho 675  
 Ac super inlinitur fecundae felle capellae.  
 Mane nouo myrti frondes commandere prodest,

*titulum dedit ex B (oculis):* Pilis quibusque internecandis  
 bis A || 659 releuat (leu ex corr., ut uid.) A, e, f ex corr.: re-  
 uelat ceteri B || 660 infecta B | lacessunt (c supra alt. s) A ||  
 661 uallum uulgo: ualidum O || 663 crineis A || 664 pellibus  
 ductilis alas (glossa praeior supra alas) A || 665 om. B || 666 num  
 quacumque? | auellere A || 667 obcludier ex obcluder & corr. A:  
 obcludere B | ala A: tela B || 669 q. (ve suprascr. m. 2) par  
 uasit ueste & traucio garrula A || 670 exul] exos multi B | hir-  
 undo B (f hirudo c m. rec.): harundo A || 672 unguis A || 673 Auuls.  
 B | procreescere B: procedere A || 675 Languidi santiquo uino p.  
 penes (iacco add. m. 2) A; curatur Wouuerius duratur Bur-  
 mannus || 677 nouo uulgo: nouoym A nouum B

Cui dolet, atque illas in uulnus despuat ipsum.  
 Faecae etiam uini genitalia lauta leuantur,  
 Et tumidos testes Nereia lympha coerceset, 680  
 Uel bulbi ec mulso uel cera inmixta cupresso;  
 Aut faba cum tepidis Bacchi decocta fluentis.  
 Ramicis immensum fertur cohibere tumorem  
 Far madidum lymphis ferali ec fronde cupressi;  
 Unde etiam potu frons haec memoratur amica. 685  
 Sin autem existet duratis glandibus inguen,  
 Proderit induci cocleas cum melle minutas.  
 Obscenos si pone locos noua uulnera carpent,  
 Horrentum mansa curantur fronde ruborum.  
 At si iam ueteri succedit fistula morbo, 690  
 Mustelae cinere inmisso purgabitur ulcus,  
 Sanguine uel ricini, quem bos gestauerit ante.  
 Herba chelidoniae fertur cum melle mederi,  
 Herbaque cum seuo foliis de mille uocata.

XXXVI. *Ischiae et articulari morbo.*

Saepius occultus uicta coxendice morbus 695  
 Perfurit et gressus diro languore moratur.  
 Populus alba dabit medicos de cortice potus;  
 Nec non et tenerae gracili de fronde genestae  
 Arreptos caules acidoque liquore madentes  
 Sumere conueniet, rubiam quoque ducere potu 700  
 Aut ex Bithyno cocleas haurire Lyaeo.

678 Qui O || 679 Fece O | uini (o supr. alt. i) A | lanatur B ||  
 680 Et B: Au(t suprascr.) A || 681 ec ego: et A ex B | cypr. A ||  
 682 Afaba A | tepidis A || 684 lymphis et feralis (-les A) fronde  
 O, correxi (lympa uulgo) | cypr. A || 685 amica) e B || 686 existit  
 durus tibi gl. B (durum uulgo) || 688 pene A || 690 fistola A ||  
 692 uel A: que uel quem B (uelue h) || 693 chelidonia A ||  
 694 foliis supra lin. A || tit. Sci(a)e O || 695 occulta A | coxen-  
 drice A consendice B (consc. h) || 697 cortice, mg. i corpore  
 A || 699 madentes (e supra a) A || 700 potum A || 701 ex bithino  
 fere B: ex bithomo (v supra i, im supra om) A in aminaeo  
 uulgo | aurire O, corr. in paucis B



Si uero articulos tabes inimica per omnes  
Haeserit, ex ficu betas cum melle ligabis;  
Uel pelagi latices, simul et Baccheia dona  
Sumere curabis: nimio sed paruito uino. 705  
Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua,  
Hoc uitio tales fertur meruisse dolores.

XXXVII. *Furunculo medendo.*

Cum sanguis nimius puri permixtus atroci  
Aestuatur et papulas alte sustollit acutas,  
Resinam misces et saxis hordea fracta: 710  
Conspersa haec tepidis adponere conuenit undis.  
Uis et hyoscyamum cerae seuoque iugatum  
Nectere? non minus haec poterit medicina iuuare.  
Praeterea fimus, ex gallo quod legeris album, 715  
Imbribus ex acidis fidens adpone dolenti.  
Auribus aut pecudis molles expromito sordes,  
Unguine quo fotis dabitur medicina papillis.

XXXVIII. *Carboni tollendo.*

Horrendum magis est perimit quod corpora, carbo:  
Urit hic inclusus, uitalia rumpit apertus.  
Hunc ueteres olim uariis pepulere medellis. 720  
Tertia namque Titi simul et centesima Liui  
Carta docet, ferro talem candente dolorem  
Exactum aut potu raporum semine pulsum;

703 cum O: ac pauci B || 704 latices A || 705 partito (c  
supra prior. t) A || 708 ita A (nisi quod cū supra per scriptum):  
Anguis iniquus urit puro commixtus a. B || 710 Resina A ||  
712 hyosyam uincere (uel uinere) fere B || 714 Praeterea fimus  
A: Praeterea fimum B Praetereaue s | album O: albo uulgo ||  
716 pecudum B || tit. medendo uulgo || 718 Horrendum — quod  
A: Horrendus — qui B | perimet A || 719 apertybus (suprascr. f  
apertus) A acerbus B || 720 olim A: quondam B (A mg. pro uar.  
lect.) | pepulere (suprascr. f caue) A: cauere B | medellis, prior  
l punctata in A || 723 Exsectum uulgo | ac potu A | pulsus B

Ni fieret, dixit uix septem posse diebus  
Uitam produci: tanta est uiolentia morbi. 725  
Dulcaacidum laticem cum lini semine iunge  
Atque fimum Paphiae pariter compone columbae,  
Hinc line duratas partes et clausa uenena.  
Praeterea triti reserant adoperta lupini. 730  
Nonnullus calcem uiuam dissoluit aceto  
Fumantemque niuem papulis apponit acerbis.  
Est qui gallinae perducatur stercore corpus.  
Alia uel piperi iuste commixta linuntur.  
Pythagorae cognata leui condita cumino  
Proderit aut madido fermentum polline turgens. 735

XXXVIII. *Panoi, uomicae et strumae depellendae.*

Sunt alii, quos dura mouet natura, tumores  
Non minus horrendi, sed non ita perniciosi,  
Uomica qualis erit uel eidem proxima quaedam.  
Simplice resina miscebimus hordea tunsā  
Et mulsos amnes et purgamenta columbae: 740  
His bene decoctis languentia membra fouentur.  
Mollis odorato faba iungetur coriandro:  
Proderit adpositum mollitque aperitque tumorem.  
Aut de phasgano radix decocta palustri,  
Quae salis admixto tundetur condimento, 745

724 Nificeret A: Inficeret B Infecti uulgo | dixit (cens supra-  
scr.) A: dicens B | bis (suprascr. uix) A || 726 cum lini | cumini  
B fere | iunge uulgo: iunges O || 727 pafiq par. A: par. paphiae  
B || 729 et operta B praeter b || 731 niuem O: illam uulgo |  
apponet aceruis (b supra u) A || 733 iuste A: parce B (A mgo  
pro uar. lect.) || 734 Putagore (y supra u) A | cognata, suprascr.  
f faba, A | cymino A || 735 aut A: et B | madida (prior a ex  
corr.) fermentur A || tit. Pani B || 736 dira mouit B fere | tumoris O ||  
737 perniciosi A || 738 Vomice B | erat A | quaedam (quidam B  
ex parte) | struma Burmannus || 742 faba iungetur A: iungatur  
faba B | colliandro (l ex corr., ut uid.) A || 743 Prodest (ri supra  
a) A | adpositu uulgo || 744 fagano O || 745 condime memento A

Proderit et mansum quod traxeris arbore uiscum.  
 Gramen hyoseyami cerae seuoque uetasto  
 Concilia mixtisque locos perduce dolentes.  
 Exercere etiam iusserunt corpora priscei.  
 Onum defundes in fictile, deinde putamen 750  
 Marrubii succo implebis, post melle liquenti  
 Omnia consociata tepenti prospera potu  
 Sumantur: reserantque malum purgantque leuantque.

*XL. Igni sacro demouendo.*

Est etiam morbi species quae dicitur ignis,  
 Languida quod multo torrentur membra calore. 755  
 Uel tu uicino seuum bonis igne remittes  
 Mollitumque lines uel oloris faecibus oua,  
 Sed non cocta, dabis: sic torrida membra fouebis.  
 Lumbricos terrae mixtos inducis aceto,  
 Aut parili noua ruta modo, sed iungis oliuum; 760  
 Ouaque cum betis prosunt super inlita tritis;  
 Allia dant cinerem sociandum oleoque garoque,  
 Unguine quo gliscens deponet flamma furorem.  
 Saepe chelidoniae pars candida iungitur oui,  
 Quae modico potu, sed ualde trita, capesses, 765  
 Admiscere memor lymphas amnemque Falernum.

747 hyosciami A || 749 iusserunt corpora priscei A: corpus medicina potens est B (et A *mgo pro uar. lect.*) || 750 defundes *uulgo*: infundens A defundis B | potamen A, B *ex parte* || 753 Sumantur B || *tit.* demouendo A || 755 quod A: quo B || 756 remittis B *praeter b m. 1* || 757 odoris faecibus O || 758 feruida (*mgo 1* torrida) A | fouebit B || 759 Lumbricos O (*v supra o est*) | mixtos inducetur (*is supra etur*) A: mixto inducetur B || 760 iunges (*i supra e*) A || 762 Alia B *pauci* | sociandum Ae: sociando B *ceteri* sociato *uulgo* || 763 quod B | deponit A || 764 celid. A, B *ex parte* | candido (*a supra o*) A || 765 mandico A | potu sed ualde *tr. Ranzouius*: potus eduale *tr. (suprascr. 1 uili)* A potu sed uili detr. B || 766 falerni B

*XLI. Podagrae depellendae.*

Quae dabo iam rabidae medicamina digna podagrae,  
 Cui ter tricenae species Epidaurius ipse  
 Dixit inesse deus? requiem tamen indere morbo  
 Fas erit et tristem saltem mulcere dolorem. 770  
 Ergo age et abreptum salicis frondemque librumque  
 Cum uino tere, tum contractos perline neruos.  
 Aut, cum prima mali sese ostentabit origo,  
 Feruida non timidis tolera cauteria plantis  
 Seminecisue hirci reserato pectore calces 775  
 Insere: sic dirae reprimes primordia pestis.  
 Aut si corruptus persederit altius humor,  
 Trita cupressus ibi Baccho iungetur acerbo,  
 Panibus et teneris, cohibebitque addita questus.  
 Parna sabucus item est hircino conlita seuo, 780  
 Triticeaeque acido manantes amne farinae,  
 Aut nitido ranae decoctum uiscus oliuo  
 Siue chelidoniae succus sale mixtus aceto.  
 Sunt quibus adposita siccatur hirudine sanguis.  
 Non audita mihi fas sit, sed lecta referre: 785  
 Hoc quidam grauidus morbo per tempora messis  
 Uicino plantas frumenti pressit acerno  
 Euasitque grauem casu medicante dolorem.

*XLIII. Vulneribus ferro aut uerberibus factis.*

Naturae uitii medicas obiecimur artes:  
 Nunc et fortunae iaculis obsistere par est. 790

*tit.* Podagri medendi A || 767 Quae dabo iam *scripsi*: Quaedam etiam (*inter utrumque suprascr. 1 sunt*) A Quaedam sunt B, Quenam sint *Scatiger* | rapide A || 768 Cui tetrigenas fere B || 769 morbum A || 771 arreptum B | salicis, *mg. 1 felicis* A || 772 tum (*1 sic suprascr.*) A: sic B || 773 malis A || 774 tumidis A || 776 reprimis B || 779 cohibebit (*om. que*) B || 780 est A: *om.* B | condita A || 782 nitidum B || 783 celid. A || 784 herund. A hirund. B || 785 sit fas B || 786 grauidus *scripsi*: rabidus O raptus et captus *edd. uet.* || 787 frumento A || *tit.* aud A || 789 medicatas fere B | obiecimur A || 790 pars est A

Si cui forte chalybs teneros uolauerit artus,  
 Necte adipēs uetulos et tritam chamaecisson,  
 Nec pudeat luteae stercus perducere porcae.  
 Sin autem saeuo laceratum est uerbere corpus,  
 Tum lixiua cinis ceras dissoluit et oua, 795  
 Admixtoque oleo uibices conprimet atras.  
 Si uero infrenus manat de uulnere sanguis,  
 Purpura torretur conchyli perlita fuco,  
 Huius et atra cinis currentem detinet undam.  
 Uerrucae quoque desectae frenare cruorem 800  
 Dicitur ambustus Tyrrio de uellere puluis.  
 Praeterea nimios reserati uulneris amnes  
 Feniculi cinis adstringit uel fimbria porri.  
 Siue finus manni cum testis uritur oui  
 Et reprimit fluidos miro medicamine cursus. 805

*XLIII. Vulneribus quibuscumque casibus factis.*

Quam magno humanae mala pondere conditionis,  
 Tam multae innumeri species mihi uulneris adsint,  
 Ut nequeam proprias cunctis adscribere curas.  
 Isdem igitur monitis casus sanabimus omnes, 810  
 Sic tamen, ut nullus medicinam luserit error.  
 Ergo, modus quicumque obtinget uulneris atri,  
 Contritus cum mellē dabit medicamina bulbus;

791 calybs (*mgo lapis*) A: lapis B || 792 Hedera nocte ad-  
 ipes uituli simul chamaecisson (trita *supra* came, et t *supra* c  
 in cissum) A, unde Necte hederam atque adipēs uituli simul et  
 chamaecisson L. *Muellerus d. r. m.* 358; sed est hedera *glossa*;  
 chamaecisson *ferē* B || 794 est om. B || 795 lixiua O || 796 ui-  
 uices *ferē* B uiuificēs A | conprimet B || 798 conchyli (chi *supra*  
 qui) A | suco b || 799 curr. | to *supra* cu A || 801 ambuste (us *supra*  
 e) cyrio (t *supra* c) A || 803 Fenic. A: Fenic. B || 805 fluidos A ||  
 806 Quam magno — pondere (= *multitudine*) scripsi: Quam  
 magna — pondera A Cum magnae (-na) — pondera B || 807 in-  
 numeris A | *malim* adsunt || 809 Hisdem A | sanabimus A: ani-  
 mabimus B armabimus *uulgo* || 810 luserit A: cluserit *uel* clau-  
 serit *ferē* B || 811 quicumque O | obtingit B || 812 bulbus, i  
*supra* us, A

Herbaque, quae nomen foliis de mille recepit,  
 Adpositu prodest adipi permixta uetusto.  
 Sucida cum tepido nectetur lana Lyaeo 815  
 Ambustaeue cinis complebit uulneris oras,  
 Concludet uero uel frons uel ramus ab ulmo;  
 At sucis hederæ pulerescit foeda cicatrix.

*XLIIII. Hominis uel simiae morsu.*

Siue homo seu similis turpissima bestia nobis  
 Uulnera dente dedit, uirus simul intulit atrum, 820  
 Uettonicam ex duro prodest absumere Baccho;  
 Nec non et cortex raphani decocta medetur,  
 Si trita admorsis fuerit circumlita membris.

*XLV. Serpentium morsibus et ad uirus excludendum.*

Cuspide non quisquam, longae neque caede sarissae,  
 Fulmine non gladii, uolucris nec felle sagittae, 825  
 Quam cito uipereo potis est adfligier ictu.  
 Quare aptam discamus opem sucosque medentes.  
 Qui nocuit serpens, fertur caput illius apte  
 Uulneribus iungi: sanat quae sauciat ipsa,  
 Ut Larissaea curatur Telephus hasta. 830

813 foliis nomen B || 814 Adposita A<sub>e</sub> Adposito *ceteri* B ||  
 815 nectetur A: conecitur B || 816 compleuit A, *ita uel* con-  
 pleuit B *ex parte maiore* | horas A: ora B || 817 Concludit B ||  
 818 Ad A | pulerescit *uehit* foeda A || *tit.* Homini A | uel A:  
 ac B || 820 mente (d *supra* m) A || 821 Vetton. (B *supra* V) A:  
 Veton. *ferē* B | adsumere B || 822 raf. c. A: c. raf. B || 823 circum-  
 data (lita *suprascr.*) A || *tit.* et ad uirus *ego*: et uipere uirus B  
 (*ex glossa ortum* uipere); A *totum titulum omittens haec praebet*  
 De (*om. index*) ictibus scorpii et morsibus uel muris aranei  
 caeci: *cf. ad seq. caput* || 824 longa neq. dece A | sarisse A:  
 lariss(a)e B (t cede larisse A *mg.*) || 825 uolucres A || 826 affl.  
 A || 827 discamus (t di *supra* dis) A: dicamus B | sucos (q; *supra*  
 lin. add. m. 2) A || 828 Qui A: Quem B (Que b) Cui *Aldus* ||  
 829 quae (q; *pauci* B) O: quem *uulgo* sauciat A || 830 cura-  
 tus *uulgo* | ithelephus (l *ex corr.*, *mg.* t telephus) A

Proderit et caulem cum uino haurire sabuci  
 Aut coctum raphani librum tritumque ligare  
 Siue etiam celsa folium de mole cupressi;  
 Manabit lactens caprifici sucus opellam;  
 Aut tithymallus atrox uulnus contrita perunguet. 835  
 Carduus est nondum doctis fullonibus aptus:  
 Ex illo radix tepido potatur in amni.  
 Ceruino ex fetu diluta coagula uino  
 Sumuntur, quae res membris agit atra uenena.  
 Aut ferulae radix potatur in imbre Lyaei 840  
 Uettonicaeue leues, gallinae aut iura uetustae.  
 Si uero horrendum uulnus fera iecerit aspis,  
 Urinam credunt propriam conducere potu.  
 Uarronis fuit ista senis sententia; nec non,  
 Plinius ut memorat, sumpti iuuat imber aceti. 845  
 Dicendum et quae sit praecox medicina timenti;  
 Cautio namque potest diros praeuertere morsus.  
 Si iecur exsectum tardo de uulture portes,  
 Erucis aut si totos perduxeris artus,  
 Quas prius adtritas uehementi adspargis aceto. 850  
 Aut tu ceruina per noctem in pelle quiesces  
 Aut genere ex ipso dentem gestabis amicum.  
 Toxica praeterea qua sint pellenda medella,  
 Expediam. sanguis poterit prodesse caninus,  
 Qui facili potu antidotos imitatur honestas. 855

832 raphani O || 833 excelsa B | mole, *alt. l supra lin.*, A ||  
 834 Manabit O Mandabit Aldus; num Aptabit? | opellam  
 O: ofellam *uulgo* || 835 titimalus A | perunguet, u *alt. sup-*  
*puncta in A* || 836 est O: et *uulgo* | foll. A || 839 foetu A | diluta  
 A: commixta B (A *mgo pro uar. lect.*) || 841 Veton. fere B |  
 gallinea (*erasa supra alt. a uirgula*) A aut *omisso* || 842 fecerit  
*uulgo* | aspes A || 846 precox (I cors *suprascr.*) A: praecors B ||  
 847 praeuertere A || 848 iecur B || 850 adspargis A: spargit fere B  
 spargis f *ex corr.* || 851 quiescis B || 852 gestabis A: portabis B  
 (A *mgo*) || 853 medela Ab || 855 antidotos *plerique B* | imitatur  
 (A *mgo medicatur*) A: meditatur (-catur h) B | honestas *uulgo*:  
 honestos (*ita ut alt. s a m. 2 addita, supra alt. o posita sit v*)  
 A honestam B (honestos cd)

Uis et mirificos cantus praediscere odores,  
 Accensis quibus arcetur taeterrima serpens?  
 Aut styracem torres aut diri uulturis alam  
 Uel nepetam aut frondem rigidae stirpemque myricae.

*XLVI. Ictibus scorpii et morsibus muris caeci uel aranei.*  
 Sunt minimae specie, sed dirae uulnere pestes, 860  
 Quae magis in tenui latitantes corpore fallunt;  
 Scorpius ut granis est et araneus. haec mala semper  
 Captant securos multa iam nocte sopores;  
 Et documenta dedit nobis prostratus Orion,  
 Magna quod exiguis perimantur saepe uenenis. 865  
 Quod si uulnus atrox incussit scorpius ardens,  
 Continuo rapitur, tunc digna caede reuulsus  
 Uulneribusque aptus fertur reuocare uenenum.  
 Aut calidis pelagi lymphis loca laesa fouentur  
 Siue meri potu dissoluitur improba pestis. 870  
 Ad cunctos autem morsus ictusque minorum  
 Caseus aptus erit puidae de lacte capellae,  
 Cumque hoc absumi debebit origanus herba:  
 Haec duo mirificis curabunt icta medellis.  
 Nec non fenuculo calidum adnectetur acetum 875  
 Aut uinum sulphur sicci cum faece Lyaei.  
 Exiguo piperis cerebrum conspargito galli,

857 teterr. ef, et (I ue *supra pr. te*) A: ueterr. ceteri B ||  
 858 torrens A | styracem A, B *ex parte* | diri (v *supra pr. i*) A,  
 diri fere B || 859 nepetam (a *supra ult. e*) A | mirice A, et fere  
 B || *titulum hic om. A* (cf. *ad cap. praec.*), sed *XLVI add. mgo*;  
 araneorum B (-orum b) || 860 specie *scripsi*: species O | uulnera  
 pestis B *praeter b* || 861 fallunt e, et (a *supra u*) A: fallant ceteri  
 B || 862 mala A: male B || 863 muta s || 866 Quod si A: Et quod  
 B | scorpius e, et (on *supra us*) A: scorpion ceteri B || 867 rapi-  
 tur (ca *supra ra*) A: capitur B | caede reuulsus A: credereclu-  
 sus B (et A *mgo pro uar. lect.*) || 870 impr. A, B *ex parte* || 872 pa-  
 uide (*mgo rapide*) A: rabid(a)e et rapid(a)e B *simae uulgo foetae*  
*Hummelbergius* || 874 medelis A || 875 fenuculo A: peniculo B  
 (A *suprascr. pro uar. lect.*) | 876 sicca *uulgo* | faece O || 877 galli  
 melli fere B || 878 senescent (a *supra pr. e*) A | dolore (*mgo*)

Quo lita sanescent depulso membra dolore.  
 Sin autem muris nocuit uiolentia caeci,  
 Quae sola signauit uoluentis orbita plaustris, 880  
 Inline: mira datur uili de puluere cura.

*XLVII. Subitaneo dolori, febrī atque ostocopo.*

Nonnumquam existit subiti noua causa doloris,  
 Cuius origo latet, certis reprimenda medellis.  
 Namque chelidonium mixto sale neētere prodest  
 Uelleraque infuso recalentia sulphure sanant. 885  
 Ostocopum lento conducit melle perungi.  
 Sin autem calidae depascent corpora febres,  
 Tunc apii sucus leni sociatur oliuo:  
 Membra lines, fotuque ferus mulcebitur ignis.  
 Nec spernendus adeps, dederit quem bestia meles. 890  
 Seminecis cerui lacrimam immiscere liquori  
 Conuenit atque artus illinc mulcere calentes.  
 Febris aut longis galli noua iura uetusti  
 Subueniunt, tremulis etiam medicantia membris.

*XLVIII. Quartanae typo remediando.*

Nec tu crede leuem dilato tempore febrem, 895  
 Quae spatium sibi dat, magis ut cessando calescat,  
 Letali quae grassatur quartana calore,  
 Ni medicas adhibere manus discamus et herbas.

† pudore) A || tit. oscopoto (suprascr. ostocopo) A || 883 certis († ueris suprascr.) A: ueris B | medelis A || 884 neētere certum ē prodest A || 885 sulphura prostant (suprascr. sanant) A || 886 condeēet (mgo † condeēit) A | perungi B || 888 apii A || 889 lines uulgo: line (e ex corr., iterum e suprascr.) A, line B || 890 melis uulgo || 891 miscere B || post 892 uulgo addunt haec ab O omitta: Sic lacerat morbum bilemque reuoluit in aluum. Praeterea chymum stomacho desiccāt iniquum, Quae magis atque magis promittunt corpora claudi || 893 aut O: at uulgo || 894 habent A b, om. ceteri B || tit. remediandi A (ut et ante 923) || 897 Letali quoque A ||

Alia non pudeat terno cum cimice trita  
 Et diluta mero mediis haurire diebus; 900  
 Aut teneram iecoris murini ducere fibram,  
 Quattuor ut duri iungantur scripula Bacchi.  
 Mira est absinthi cum simplice potio lymphā.  
 Sume tribus digitis adpresum semen anesi,  
 Tantundem marathri nec mulsum desit aceti, 905  
 In cuius cyatho praedicta salubriter hauris.  
 Maeoniae Iliados quartum subpone timenti,  
 Aut leporis trepidi diluta coagula trade.  
 Prodest et potu, set mulsus, Doridis humor.  
 Quidam etiam miranda ferunt, ueniente calore 910  
 Iurantes ludum Ueneris munusque petendum.  
 Sed prius est oleo paruas feruescere ranas  
 In triuiis illoque artus perducere suco.

*XLVIII. Tertianae typo remediando.*

Est etiam alternis febris rediuiua diebus,  
 Tempora discernens quasi iustae pondere librae. 915  
 Ut possis igitur talem prohibere furorem,  
 Inuolues cera sine caudis grana cumini  
 Puniceaeque indes pelli colloque ligabis.  
 Pulei ramus lanāe uelatus amictu  
 Tempore suspecto medicos praebabit odores. 920

899 Alia, alt. † suprascr. A | cimice, c supra t, A || 901 teneram (mgo facile) A: facilem B || 904 adprehensum A | anisi Keuchenus (anesi ego): aneti O; cf. Plin. 20, 194; Plin. secund. III 15 || 905 marathri A, et fere B || 906 ciato A || 907 Ly meoniae Iliados quartum A Quartum ly meoniae Iliadis quartum B ex parte (in alia parte turbae) | subpone B: suppone (n supra r) A || 908 di=luta A || 909 potu set scripsi: potus et O potus sed uulgo || 912 paruas A: partus et parcus B | peruescere A | ranas ed. uet.: curas A rana B ranae S || tit. typore mediandi A || 914 recidua Heinsius || 915 pondera B || 917 sine caudis (claudis) B: sine causis A pallentis uulgo | cumini (y ex corr.) A || 918 Puniceae q̄ A || 919 ramus e: ramum O (num hoc seruatō uelabis?) ||

Praeterea tritus cimex sorbendus in ouo:  
Horridus ad tactu, sed gustu commodus apto.

*L. Cottidianae typo remediando.*

At qui continuis non cessat adire diebus,  
Sed tantum certas morbus discriminat horas,  
Triticeum metuit granum, si credere dignum est, 925  
Quod latitans fracto fuerit sub pane repertum.  
Nec non ossa iuuant saeptis inuenta domorum:  
Conuenit haec tereti pendentia subdere collo.  
Multaque praeterea uerborum monstra silebo:  
Nam febrem uario depelli carmine posse 930  
Uana superstitio credit tremulaeque parentes.

*LI. Hemitritaeo depellendo.*

Mortiferum magis est, quod Graecis hemitritaeon  
Uulgatum uerbis; hoc nostra dicere lingua  
Non potuere ulli, puto, nec uoluere parentes.  
Inscribis cartae quod dicitur abracadabra 935  
Saepius et subter repetes, sed detrahe summam,  
Et magis atque magis desint elementa figuris  
Singula, quae semper rapies, et cetera figes,  
Donec in angustum redigatur littera conum:  
His lino nexis collum redimire memento. 940  
Nonnulli memorant adipem prodesse leonis.  
Coraliumue utero sicco conectere felis

921 tr. e. sorbendus A: e. potatur tr. B || 922 apto (v supra o) A || 923 At que A || 930 dipelli A || tit. Hemitritio A -teo B || 932 greci hemitriteo (n supra lin. add.) A || 933 Uulgatur B | hunc nostri B | discere A || 935 Inscribe Ruinus | abrata (ca supra ta) dabra A || 936 repetis B | et A | summam O: summae Constantinus || 937 Ut idem || 938 pinges uel finges Burmanus || 940 redimere (i supra alt. e) A || post 941 uulgo addunt Coralium atque crocum corio connectito felis, quem u. om. O || 942 Coraliumue utero scripsi: Coralium uero O | sicco conectere felis scripsi: si cocco († || supra cc A, cocto ed) nectere uelis O ||

Nec dubites illi ueros miscere smaragdos,  
Adsit baca teres niueo pretiosa colore:  
Talia languentis conduces uincula collo, 945  
Letalesque abiget miranda potentia morbos.

*LII. Fracturis et luxis sanandis.*

Infandum dictu cunctis procul absit amicis,  
Sed fortuna potens omen conuertat in hostes.  
Uis indigna nouo si sparserit ossa fragore,  
Conueniet cerebrum blandi canis addere fractis, 950  
Lintea deinde superque indutas nectere lanas,  
Saepius et sucos conspargere pinguis oliui:  
Bis septem credunt coalescere cuncta diebus.  
Aut ueteri Baccho caprae fimus inde petulcae:  
Hoc reserat clausum, trahit haerens, sanat apertum. 955  
Si uero caput infestus conliserit ictus,  
Ex oleo necti uestis debebit arachnes:  
Nesciet haec illinc, nisi cum sanarit, abire.  
Quod si luxa suo decedunt membra tenore,  
Urere femineos crines ac iungere seuum 960  
Congruit ac tali medicamine mota ligare.  
Aut maluum ex pingui tritam adposuisse iuuabit.  
At si conclusum seruauit tibia uulnus,

943 Nec O: Ne uulgo | illi ueros A: illo ueros B illi uirides uulgo (cf. Lucr. II 805 ibique Lachm.) | s ≡ smaragdos A || 944 habet A: om. B | Ad (t supra d) si (s alt. supra lin.) baca A, corr. Vossius || 945 languenti uulgo | conduces scripsi: conducere O conducent uulgo || 946 Loct. A | abiget A: abiges ceteri B abigent uulgo || uulgo ponunt capita 52 et 53 post 54 et 55: secutus sum O || 948 omnem A || 951 indutas A: inductu B inductas uulgo || 952 sucos († i supra o) A | consp. (a supra con.) A || 953 coalescere A: inualescere B (A mg. pro uar. lect.) || 954 adde († in supra ad) A || 955 reserat († aperit suprascr.) A: aperit B || 956 ignis ictus (m. 2) A || 958 haec add. supra lin. m. 2 A || 959 luxa A | decedent B || 960 Prouere B | fem. (i supra e) A | adiungere A | seuum A, et fere B || 961 Congruet B || 962 maluum — tritum B | iuabit, ita A || 963 At O: Aut b

Stercus ouis placidae iunges adipisque netustos,  
Pandere quae poterunt ulcus patuloque mederi. 965

LIII. *Neruis incisus uel dolentibus et contractis.*

Haud quisquam credet disiectos uulnere neruos  
Ad solitum rursus reuocari posse nigorem;  
Sed prodest terrae lambricos indere tritos,  
Quis uetus et rancens sociari axungia debet.  
Si uero occultus neruos dolor urit inertes, 970  
Uulturis excisos adipos rutamque remittes  
Aut ceram et tali recreabis languida fotu;  
Conuenit et calidis pelagi perfundier undis;  
Carica uel betis lento cum melle iugetur,  
Aut Baccho madefacta Ceres cum fronde cupressi, 975  
Quo poteris fotu recreare rigentia membra.  
Sin autem subito replicantur corpora morbo,  
Contractos reuocat neruos caro sumpta columbae.

LIIII. *Aegris somno adsciscendo.*

Non solum miseros taeterrima febris adurit,  
Sed super optato pergit uiduare sopore, 980  
Ne prosint placidi, caelestia munera, somni.  
Carta igitur, uariis pinxit quam littera uerbis,  
Uritur, inde cinis calido potatur in amni.  
Prodest puleium capiti substernere magnum;  
Prodest et mixtam lymphis potare cupressum; 985  
Palladiis itidem sucis, quos flore rosarum

964 iungis B praeter b || 966 disiectos s || 968 addere A ||  
970 occultos A (bh) || 971 remitte B || 972 recreabit A || 973 pe-  
lagi calidis B | confundier A || 974 iugatur B || 976 Quod A ||  
978 reuocat (n supra at) A reuocant b || 979 teterr. O: deterr.  
uulgo || 982 quam pinxit B || 984 Proderit et magnum capiti  
substernere puleium O (substerne uel -ni pauci B); corr. Aldus,  
nisi quod pro magnum in fine posuit saepe; uulgo seruato uer-  
borum ordine fulcrum pro puleium || 985 mixtum A | cypr. A ||  
986 item B praeter e

Condieris, iungis madidum tritumque papauer:  
Quo lita frons facilem praebabit nocte quietem.  
Nec non mandragorae gustu sopor additur altus.  
Dilue praeterea glomeramina, quae gerit intus 990  
Clausa aries inter geminae coxendicis umbras,  
Inde soporati ducentur gutture potus.

LV. *Lethargiae expellendae.*

Diximus hanc sortem miseris mortalibus esse,  
Ut saepe inter se mala sint contraria morbi.  
Denique nonnumquam somno sic membra grauantur, 995  
Ut coniungatur leto sopor altus acerbo.  
Ergo leui flamma torrentur cornua caprae,  
Quo nidore grauem dispellunt lumina somnum.  
Aut ueneris labrum quae dicitur herba bibetur,  
Quae teritur prius et uino confusa liquescit. 1000  
Conueniunt acidis euphorbia mixta fluentis,  
Gramina uel rutae, gemina si nare trahantur.  
Quidam dira iubent, septeno cimice trito  
Ut uitentur aquae cyathusque bibatur earum:  
Haec potiora putant quam dulci morte perire. 1005

LVI. *Comitali morbo depellendo.*

Est subiti species morbi, cui nomen ab illo  
Haesit quod fieri prohibent suffragia iusta.

987 Condieris iungis (mg. f iungis et immiscis) A: Iunges  
(b: -gis ceteri) et immisces (-cis, -sis) B | madid litterae ex corr.  
A || 988 faciem prebebit (t s supra t) A || 990 Delue B praeter b ||  
tit. Litargiae A, sic uel Letargiae B | 996 loeto A | acerua A  
aceruo et acerbo B || 998 dispellent B depellent uulgo || 999 librum  
(a supra i) A | q. d. h. dicetur (t bibetur suprascr.) A; bibatur  
Aldus || 1001 euphorbia O | morba (t mixta suprascr.) A || 1002 tra-  
hentur b || 1003 Quae (comp.) dam (v supra alt. a) A | cymice A ||  
1004 ciatusq; A, et fere B || 1005 perirent B praeter b || tit. depel-  
lendo om. B || 1006 illo A: illo est B || 1007 Haesit quod A:  
Quod B | prohibent s. i. A: nobis s. i. recusant B

Saepe etenim membris atro languore caducis  
 Concilium populi labes horrenda diremit.  
 Ipse deus memorat dubiae per tempora lunae 1010  
 Conceptum, talis quem saepe ruina profudit.  
 Prodest cum ueteri Baccho fel uulturis atri,  
 Sed coclear plenum gustatu sufficit uno  
 Seu cruor ex Progne mixtus cum polline turis;  
 Aut apium elixum aut conditum melle fel agni; 1015  
 Marrubiumue pari confusum pondere mellis,  
 Cui tu terna dabis gustu coclearia in uno.  
 Aptus mustelae cinis est et hirundinis una;  
 Praeterea pluias, hominis quas calua supinas  
 Excepit proiecta sinu; consumere prodest. 1020  
 Aut lapis ex nido, uaga quem congestit hirundo,  
 Uellitur, et nexu fouet attollitque iacentem.  
 Pellitur, ut fama est, gustu quoque languor anethi.

*LVII. Regio morbo depellendo.*

Regius est uero signatus nomine morbus,  
 Molliter hic quoniam celsa curatur in aula. 1025  
 Huic rubia ex mulsa fertur conducere lymphā;  
 Alia trita dabis uino madefacta calenti;  
 Uellera cum uiuo suffiri sulphure prodest.

1008 acri s || 1009 Consilium B | peremit t diremit A ||  
 1011 quem (suprascr. t que) A: qu(a)e B | semper uiua (suprascr.  
 sepe ruina) A | profundit B (A suprascr. pro uar. lect.): totus  
 locus iustam aut emendationem aut interpretationem desiderat ||  
 1012 atri t ampli A: ampli B || 1013 gustatu (-tum b) O: gustu  
 tibi uulgo || 1014 Seu A: Aut B || 1017 tu om. B, add. supra lin.  
 A || 1018 est om. B || 1019 supina uulgo supino Caesarius || 1022 aut  
 (suprascr. et) A | fouit fere B || 1023 aneti fere B aneto A || tit.  
 pellendo B || 1024 uero sublimi (mg. t signatus) A; nun uere  
 sublimi ? || 1026 rubie A | limpha A || 1028 uino (v supra n) A:  
 uino B | suffiri (i supra alt. u) A suffire fere B | sulphure A

*LVIII. Infantibus dentibus uel strige inquietatis.*

Nudum hominem primo mundi natura profudit;  
 Insuper excruciat, niueis cum dentibus armat. 1030  
 Collo igitur molli dentes nectentur equini,  
 Qui primi fuerint pullo crescente caduci;  
 Aut teneras cerebro gingiuas inline porci  
 Aut leporis niueoue hirtarum lacte caprarum.  
 Praeterea si forte premit strix atra puellas 1035  
 Uirosa immulgens exertis ubera labris,  
 Alia praecepit Titini sententia necti,  
 Qui ueteri claras expressit more togatas.

*LIX. Combusturis igne uel frigore.*

Sunt diuersa quidem mala frigoris atque caloris,  
 Sed tamen amborum simili nocet ulcere uirus: 1040  
 Illa quoque usta putes, quae sunt niue laesa rigente.  
 Conuersa in cinerem platani pila curat utrumque;  
 At uero ambustum flammis, qui candidus oui  
 Sueust inest, pinna inductus sanare ualebit.  
 Aut tu sucosae cinerem perducito lanae; 1045  
 Aut uiuam ex oleo ueteri componito calcem;  
 Hordea uel franges atque oui candida iunges,  
 Adsit adeps porcae: mira est haec forma medellae.  
 Utere praeterea pariter seuumque capellae  
 Iunge chelidoniis, ac sic line uulnera, sucis. 1050

tit. dentibus A: stridentibus B | stiga A striga fere B ||  
 1029 primum B | mundi (-do e) O: mater uulgo || 1030 armet  
 (a supra e) A: armet B || 1031 Colligitur (o supra h) A, Colligi-  
 tur B praeter b || 1032 primum (i supra um) A || 1033 teneris —  
 gingiuas B | cerebro (um supra o) A: cerebrum B || 1034 niueoue  
 (v supra o) hirtarum (bibitur cum suprascr.) A: niueum bibitur  
 cum B | caprino B || 1037 Alia (alt. l supra lin.) A || 1038 toga-  
 tas (v supra alt. a) A || tit. Combusturis igni B || 1041 putas B ||  
 1044 penna (e ex i corr.) A || 1045 sq. Aut] A, supra uirg. erasa, bis  
 A | sucus ad cinerem A || 1046 ueteri (uini suprascr.) A: uini  
 (-no) B || 1048 medele A || 1049 habet A, om. B || 1050 celid. A b



Quodque rigens ussit glacies, axungia simplex  
Mulcet, et ex facili grata est medicamine cura.

LX. *Uenenis prohibendis.*

Ut tutus fias infestae fraude nouercae  
Uel quicumque tuo carpetur liuidus auctu,  
Non expectatis eat obuia cura uenenis. 1055  
Ante cibos igitur iuglandis fetus edatur;  
Produnt electri uariantia pocula uirus;  
Praeterea coctae querno cum cortice lymphae  
Conueniunt potu demersaue ficus oliuo;  
Saepe etiam raphanum praedixit numen edendum. 1060  
Antidotus uero multis Mithridatia fertur  
Consociata modis; sed magni serinia regis  
Cum raperet uictor, uilem deprendit in illis  
Synthesin et uulgata satis medicamina risit.  
Bis denum rutae folium, salis et breue granum, 1065  
Iuglandesque duas, tereti tot corpore ficus,  
Haec oriente die parco conspersa Lyaeo  
Sumebat, metuens, dederat quae pocula matri.

LXI. *Uenenis datis.*

Si nequit infandum praeuere cautio uirus,  
Proximus ille gradus data pocula pellere cura. 1070  
Lacte asinae placidaeque bouis prodesse loquuntur;  
Uettonicam ex parco sumunt plerique Lyaeo.

1051 rigens (ec supra ig) A: recens B | hausit (sus supra hau) A || 1054 auctu uulgo: actu O || 1056 foetus A || 1057 uirus (e supra u) A uirus b: uires ceteri B || 1059 dimersaue B praeter b || 1060 raphanum O || 1061 Antidotus A | mithridatia A mitribatia fere B || 1062 magnus B || 1063 ueim (t uilem suprascr.) deprehendit A || 1064 Sinth. O || 1066 tereti tot A: teret (-ti) cum B totidem cum uulgo | ficus A || 1067 conspersa pauci B || 1068 q̄ b q; A: quod ceteri B | mater uulgo || 1069 Si ex Sa corr. A | ne quid A || 1070 cogit (cura suprascr.) A || 1072 Uett. (B supra U) A Ueton. fere B | parco Heinsius: paruo O

Quod si ederae sucum, quae truncos implicat altos,  
Instilles labris, poterunt haud ulla nocere  
Pocula, quae quisquam saeuis uitiauerit herbis. 1075  
Si quis hyoseyamum gustarit, lacte capellae  
Exhausto rabidos poterit mulcere furores.

XLIII. *Uulneribus ec recidiuo curandis.*

Uulnera tabescunt spatio uitiaata uetusto  
Curaque nil prodest nec ducitur ulla cicatrix.  
Sed tamen herbarum tam mira potentia pollet, 1080  
Ulceris annosi sinus ut coalescere possit,  
Marrubium si tute coquas illoque liquore  
Uulnus atrox foueas, cineres uel harundinis altae  
Inducas leporisue adspersa coagula uino  
Aut hederam Baccho decoctam aut semen anethi 1085  
Aut cineres alni tardo cum melle ligentur;  
Lumbrii terrae poterunt conducere uulnus  
Aut facilis lapathi coma latior ulcera purgat;  
Commiscetur adeps, sed non ullo sale tactus;  
Pinea praeterea uiuo cum sulphure cortex 1090  
Et pice cum spissa iam perdita membra reponit.

1073 hederae fere B | sucum Ab: om. ceteri B | q̄ ex quo corr. A (om. b) | implicat artus (suprascr. t mollicat altos) A mollicat altos B: latet aliquid || 1074 labris ego: paruis O pateris uulgo || 1076 hyosciamum O || 1077 Exhaustos subito (t rabidos suprascr.) A || tit. ec recidiuo scripsi: et rei dubiae A et redubiae B et re dubia uulgo || 1078 uetusto t dierum A: dierum B || 1080 pellet B || 1081 annos si (in -osi corr.) sinus (us a m. 2 add. et t i suprascr.) A | et B praeter b | posset A || 1082 tute c. A: tu c. B tu rec. uulgo || 1083 cineresq; (t supra q; A | hirundinis B || 1085 aut Ab: et ceteri B | anethi O || 1086 cineris A || 1088 lapathi A lapathi B | coma latior uulgo: cumulatior O (fortasse hoc retento frondis pro facilis [sic et A] restituendum) || 1089 Commiscetur A: Commixtus B Et commixtus uulgo | non ullo (b: non nullo ceteri) sale tactus B: sed non nullos adiacet actus A; latet aliquid || 1090 uiuo (v supra n) A || 1091 conspissa (non spissa) B | reposit t reponit A

LXIII. *Uerrucis tollendis.*

Interdum existit turpi uerruca papilla.  
 Hinc quondam Fabio uerum cognomen adhaesit,  
 Qui solus patriae cunctando restituit rem.  
 Id poterit uitium sanguis curare lacertae 1095  
 Aut urina canis cum terra inducta madenti  
 Aut herbae sucus, quae lactea nomine fertur.  
 Est tithymallus item tali satis apta medellae.  
 Si rupta immensos fundet uerruca cruores,  
 Purpureo triti cineres de uellere prosunt, 1100  
 Quod fuerit uero conchyli sanguine tinctum.

LXIII. *Haemorrhoidibus medendis.*

Excruciant turpes anum si forte papillae,  
 Agrestis prodest radix superaddita porri,  
 Ne uiolet sanum, iuglandis fragmine clausa.  
 Sal niueum sumes, Beticum quem nomine dicunt, 1105  
 Dulcia cumque nigra iunges fuligine mella  
 Adponesque super: pellit medicina dolorem.

*tit.* Uerrucis **A** *ind.* || 1093 fabio (v *supra* b) **A** fauio **B**  
*praeter* b | agnomen **A** || 1097 lactea n. fertur **A**: fertur n. lecher  
 (lether h) **B** lathyr *uulgo* || 1098 Est (st a m. 2 corr.) **A**; Et  
*uulgo* || 1099 fundit **B** || 1000 Serica purpureos ≡ ≡ ≡ cineres  
 (*suprascr.* 1 triti) de uellere (re *supra* lin. *add.*) prosunt **A** ||  
 1001 concili **A**, sic uel conchili **B** || *tit.* Emorroidis **A** h Emor-  
 roidis *ferre ceteri* **B** || 1104 Ni **B** *praeter* b | sanum *uulgo*: sana  
**O** | *ingl.* (v *supra* n) **A** | 1105 quod *uulgo* (Baetis quod *L. Muel-*  
*lerus d. r. m.* 358) || 1107 Adponisque **O** || Ex 1b Quinti Sereni  
*fet am. litt. maiusc.* **A** Explic lib medicinalis Quinti Sereni  
*feliciter litt. mai. b* (et *similiter alii* **B**).

## XXII.

## INCERTI

SEPTEM SAPIENTIUM SENTENTIAE  
SEPTENIS UERSIBUS EXPLICATAE.

## I. Bias Prieneus.

Quaenam summa boni est? mens quae sibi conscia recti.  
 Pernicies homini quae maxima? solus homo alter.  
 Quis diues? qui nil cupiet. quis pauper? auarus.  
 Quae dos matronis pulcherrima? uita pudica.

XXII. *Extat hoc opusculum falso inter Ausonii carmina (quo-*  
*rum codices illud non agnoscunt) exceptum in codicibus* **A** (*Lau-*  
*diano Misc. 87 saec. XI fol. 175 sq.*), **B** (*Parisino 9344 saec. XI*  
*fol. 41: cf. mus. Rhen. 31 p. 91*), **C** (*Laurentiano plut. 37, 25*  
*saec. XIV fol. 33 sq.*); quibus libris a me excussis adieci eos  
 quos *Woelfflinus Publili Syri p. 149 adhibuit, scil. D* (*Parisinum*  
*S. Germ. lat. 1044 saec. XI*), **E** (*Basiliensem B. X. 35 saec. XIII*),  
**F** (*Bambergensem saec. XIII*); praeterea uu. 1—7 habentur in  
*codice Uorauensi 111 saec. XII fol. 51 ita ut singuli uersus*  
*singulis sapientibus sint dati, cuius notitiam debeo Wattenbachio,*  
*qui codicem descripsit noui Archiuii II p. 401 sqq; nonnullos*  
*uu. adfert Walterus Burleius de uita et moribus philosophorum ||*  
*titulum om. Uor. | sapientum DEF philosophorum C | sept. u.*  
*expl. om. D | expedite C | post haec habent in quis aliquid ipsa-*  
*rum est obseruatum AB Ipsorum est obseruatum E ipse est*  
*modus F, pergunt AB EF ut bini ultimi uersus (uers. ult. B)*  
*per antitheta finiantur; C pergit quorum prior bias prieneus*  
*sic exorsus est | Bias Pr. om. C prieneus A perithneus B; nomi-*  
*num corruptelas in F obuias non adfero || 1 est ABD: om. ceteri |*  
*que sibi C Uor.: om. AB semper DEF (mens sibi bonae recti-*  
*tudinis conscia Burleius s. u. Bias) || 2 hominis F || 3 Qui C |*  
*cupiat uulgo || 4 om. Uor. | matronae F*

Quae casta est? de qua mentiri fama ueretur. 5  
 Quod prudentis opus? cum possit, nolle nocere.  
 Quid stulti proprium? non posse et uelle nocere.

## II. Pittacus Mitylenaeus.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet. *Paul. Iuor*  
 Bonò probari malo quam multis malis.  
 Demens superbis inuidet felicibus, 10  
 Demens dolorem ridet infelicium.  
 Pareto legi, quisque legem sanxeris.  
 Plures amicos re secunda comparas,  
 Paucos amicos rebus aduersis probas.

## III. Cleobulus Lindius.

Quanto plus liceat, tam libeat minus. *Abguald* 15  
 Fortunae inuidia est immeritus miser.  
 Felix criminibus non erit hoc diu.  
 Ignosceas aliis multa, nihil tibi.  
 Pareit quisque malis, perdere uult bonos.  
 Maiorum meritis gloria non datur, 20  
 Turpis saepe datur fama minoribus.

## IV. Periander Corinthius.

Numquam discrepat utile ab decore. *Paul. Burleius*  
 Plus est sollicitus magis beatus. *Paul. Burleius*

5 est om. E || 6 Quid EF | sapientis Uor. | possis D || 7 Quod ABC || tit. Pytaeus C | mithillenus A mitilenus B mytileneus C || 8 cf. Burleius s. u. Pythagoras | Loqui non licebit E | nesciat D || 10 hic omissum in fine add. B | superbus C || 12 Pareto B | quisquis C || 13 compares CD || 14 proba C probes Erasmus || tit. Cleobolus C | lydius AB lundius C || 15 tam | tanti (ti ex corr.) A tanto Burleius, qui s. u. Cleob. hunc u. affert || 16 inuidiae E | imm. AB || 17 hic diu AB homo diu C; nullus erit diu uulgo || 19 proderet C | bonos malos E om. F || 20 Maior meritis C, qui 19 et 20 transponit, Maior uirtutis F || tit. Ephirius Periander C || 22 a CE | decore ABC || 23 sollicitus C

Mortem optare malum est, timere peius.  
 Faxis, ut libeat, quod est necesse. 25  
 Multis terribilis caueto multos.  
 Si fortuna iuuat, nihil labores;  
 Si non adiuuat, hoc minus labores.

## V. Solon Atheniensis.

Tunc beatam dico uitam, cum peracta fata sunt.  
 Par pari iugator coniunx: quicquid impar, dissidet. 30  
 Non erunt honores umquam fortuiti muneris.  
 Clam coarguas propinquum, propalam laudaueris.  
 Pulerius multo est parari quam creari nobilem.  
 Certa si decreta sors est, quid cauere proderit?  
 Siue sunt incerta cuncta, quid timere conuenit? 35

## VI. Chilon Lacedaemonius.

Nolo minor me timeat despiciatque maior.  
 Uiuere memor mortis, item uiuere memor salutis.  
 Tristia cuncta exsuperas aut animo aut amico.  
 Tu bene si quid facias, nec meminisse fas est;  
 Quae bene facta accipias, perpetuo memento. 40  
 Grata senectus hominist, quae parilis iuuentae;  
 Illa iuuenta est grauior, quae similis senectae.

24 est AB: om. ceteri || 25 Fac sis AB Fac sicut F || 26 caueto multos ABDF: multos caueto C timeto multos E || 27 nihil labores scripsi: nihil laboris DF nil laboris AB multum laboris E caueto tolli C || 28 om. D | Si non adiuuat AB EF: Si fortuna iuuat C Si f. tonat uulgo | h. m. labores scripsi: h. m. laboris AB EF caueto mergi C || 29 dico beatam C | fata C: facta ABDE, om. F | sint ABC || 30 iugator uulgo: iugato codices | impar e C || 31 fortuti A fortuita (et antea honoris) EF || 32 propalam AB: palam C quem palam D sed palam EF || 33 est D: om. ceteri || 34 est om. D | cauere ABD | poterit AB | 35 timeri AB || tit. Philon C || 37 item u. memor.] immemor ut sis uiuere C uti sis memor et uulgo || 38 exuperas BC exsuperans D || 39 quid om. C | nec (= ne quidem) ABDEF: non C || 40 om. C || 41 hominist scripsi: hominis AB EF homini CD | quae om. C | similis iuuentus AB || 42 iuuenta] iuuentus CF senectus E | est om. C | gratior EF | senecta AB

## VII. Anacharsis Scythia.

Turpe quid ausurus te sine teste time.  
 Vita perit, uitae gloria non moritur.  
 Quod factururus eris, dicere distuleris. 45  
 Crux est, si metuas, uincere quod nequeas.  
 Cum uere obiurgas, sic inimice iuuas;  
 Cum falso laudas, sic et amice noces.  
 Nil nimium. satis hoc, ne sit et hoc nimium.

*tit.* Anacharsis Scythia (schita **A** scitha **E** scythes **DBF**)  
*codd. praeter C* Thales Milesius (sic uulgo) *inscribentem* || 43 *cf.*  
*Burleius s. u. Anarch.* || 44 uitae *scripsi*: mortis *codices omnes* ||  
 45 Quid **C** | sustuleris **C** || 47 obiurgas **AB**: obiurges *ceteri* | in-  
 unice **A** || 48 laudas **ABC**: laudes *ceteri* | sic et amice (-ce) **ABC**:  
 tunc et amice (sic) **DEF** || 49 satis hoc **ABDEF**: satis ē **C** | nec sit  
**AB**, qui finiunt *subscribunt*.

## XXIII.

## CLAUDII AD LUNAM.

Luna decus mundi, magni pars maxima caeli,  
 Luna iugus Solis splendor, tuus ignis et humor,  
 Luna parens mensum numerosa prole renascens:  
 Tu biugo stellante polos ab Sole gubernas,  
 Te redeunte dies fraternus colligit horas; 5  
 Te pater Oceanus renouato respicit amne,  
 Te spirant terrae, tu uinclis Tartara cingis;  
 Tu sistro renouas brumam, tu cymbala quassas;  
 Isis, Luna, Cora esque Ceres tu, Iuno, Cybelle!  
 Alternis tu nomen agis sub mense diebus 10

*Extat hoc carmen in codice Parisino 4841 saec. X, in quo  
 Riesium A. L. 723 sequor, fol. 92 post Bedae orthographiam  
 (sequuntur Alcuini, Bedae, Clementis carmina, unde inscriptio  
 recens in Burmanni schedis Heidelbergensibus teste Riesio obuia  
 Alcuini uet. (uel?) et Clementis explicatur); terti fere saeculi  
 esse res ipsa clamat || Carmen Claudii de luna inscribit **P**, correxi ||  
 2 iugus *scripsi*: iugum **P** | tuus *scripsi*: uas **P** fax *Burmannus*  
 (*Anth. L. V. 15*) uis *Hauptius* (*opusc. I p. 301*) uagus *Bueche-*  
*lerus* || 3 numerosa prole *idem*: numerus a sole **P** numeris a sole  
*dubitanter Hauptius* || 4 Tu biugo *scripsi*: Ast ubi iugo **P** Ast  
 biugo *Burmannus* Tu biugos *Riesius et Buechelerus* | polos  
 ab *scripsi*: polo sub **P** || 5 fraternus *scripsi*: fraternas **P** alternas  
*Riesius* || 6 amne (uel anni) *scripsi*: axa **P** axe *Pithoeus* ||  
 7 stringis *Burmannus* || 8 renouans **P**, *corr. Pithoeus*; remoues  
*Buechelerus* || 9 Issis **P** | Cora esque Ceres tu *scripsi*: choris  
 caelestis **P** Chloris, caelestis *Burmannus* Ceres caelestis *Haupt-*  
*tius* | cibile **P** (Cybebe *Hauptius*) || 10 et 11 ut *Hauptius ita mihi*  
*obscuri**

Et rursum renouas alterni lumina mensis.  
 Tunc minor es, cum plena uenis; tunc plena resurgens,  
 Cum minor es: crescis semper, cum deficis orbe.  
 Huc ades et nostris precibus dea blandior esto  
 Luciferisque iugis concordēs siste iuuenas, 15  
 Ut uoluat fortuna rotam, qua prospera currant.

11 *num* alterni lumina mensis ? || 12 *resurgis coni. Riesius* ||  
 14 *uris = nestris P* || 15 *Luciferique Pithoeus | iuuenas Pithoeus:*  
*iuci as P teste Pithoco iuuer os P teste Riesio (unde hic*  
*iuuenas coni.)* || 16 *Et u. f. r. quae Pithoeus.*

## XXIV.

## INCERTI AD OCEANUM.

Undarum rector, genitor maris, arbiter orbis,  
 Oceane o placido conplectens omnia fluctu,  
 Tu legem terris moderato limite signas,  
 Tu pelagus quodcumque facis fontesque lacusque.  
 Flumina quin etiam te norunt omnia patrem, 5  
 Te potant nubes ut reddant frugibus imbres;  
 Cyaneoque sinu caeli tu diceris oras  
 Partibus ex cunctis immensas cingere nexu.  
 Tu fessos Phoebi reficis sub gurgite currus  
 Exhaustisque die radiis alimenta ministras, 10  
 Gentibus ut clarum referat lux aurea solem.  
 Si mare, si terras caelum mundumque gubernas:  
 Me quoque cunctorum partem, uenerabilis, audi,  
 Alme parens rerum, supplex precor. ergo carinam  
 Conserues, ubicumque tuo committere ponto 15

XXIV. *ecclat in codice Parisino 13026 saec. IX—X in praef.*  
*ad Auiani fabulas describendo fol. 76<sup>b</sup> sq.; cf. Burmanni Anth.*  
*lat. V 113 et Wernsdorffius IV p. 314 sq. (Ries. 718) || Incipit*  
*de oceano P || 1 Undarum P || 2 Oceane o Heinsius: Oceano P |*  
*fluctu (uel ponto) Wernsdorffius: om. P spatio relicto; cursu uel*  
*motu Burmannus || 3 limite Heinsius: limine P || 5 te norunt*  
*Burmannus: tener (= tenerunt) P, cuius uocabula solitis com-*  
*pendiis scripta iam non adnoto || 6 Te potant Wernsdorffius:*  
*T ptant P uirgula inter e et p media, ut et Temptant et Te*  
*portant possis accipere; sed hoc sine dubio uoluit scriba || 7 celi*  
*P || 8 immensas scripsi: immensa P immenso Burmannus | malim*  
*iungere || 9 fesso P, corr. Heinsius | sub scripsi: si P in Heinsius |*  
*gurgitae P || 10 Exhaustisq; P | alimenta P*

Hanc animam, transire fretus et currere cursus  
 Aequoris horrisoni sortis fēra iussa iubebunt:  
 Tende fauens glaucum per leuia dorsa profundum,  
 Ac tantum tremulo crispentur caerula motu,  
 Quantum uela ferant, quantum eximat otia remis; 20  
 Sint fluctus, celerem ualeant qui pellere puppem,  
 Quos numerare libens possim, quos cernere laetus;  
 Seruet inoffensam laterum par linea libram,  
 Et sulcante uiam rostro submurmuret unda.  
 Da pater, ut tute liceat transmittere currum, 25  
 Perfer ad optatos securo in litore portus  
 Me comitesque meos. quod cum permiseris esse,  
 Reddam quas potero pleno pro munere grates.

16 fretus et currere *scripsi*: fer& ediscurre P fretum (freta *Riesius*) et discurrere *Burmannus*, unde discurrere gyris *Buechelerus* (at cf. u. seq. iussa iubebunt) || 17 horrison P | sortis *Burmannus*: sortem P || 19 cerula P || 20. eximat *scripsi* (*mus. Rhen. XXXII 226*): si nat P sinat *uulgo* sint *Riesius sine sensu* || 21 pupem P || 23 par *Buechelerus*: pars P || 24 Et *Wernsdorfius*: Te P || 25 liceant P, *corr. Heinsius* | currum (= nauem) *scripsi*: cursum P cursu *Buechelerus* || 26 portas P, *corr. Heinsius* || 27 permissis P | ipse *Burmannus* || 28 plenas *Meyerus* | promu grates P, *corr. Heinsius*

## XXV.

## INCERTI CELEUMA.

Heia, uiri, nostrum reboans echo sonet heia!  
 Arbiter effusi late maris ore sereno  
 Placatum strauit pelagus posuitque procellam,  
 Edomitique uago sederunt pondere fluctus.  
 Heia, uiri, nostrum reboans echo sonet heia! 5  
 Annisu parili tremat ictibus acta carina.  
 Nunc dabit arridens pelago concordia caeli  
 Uentorum motu praegnanti currere uelo.  
 Heia, uiri, nostrum reboans echo sonet heia!  
 Aequora prora secet delphinis aemula saltu 10  
 Atque gemat largum, promat seseque lacertis,  
 Pone trahens canum deducat et orbita sulcum.  
 Heia, uiri, nostrum reboans echo sonet heia!  
 Aequare flet Corus: uocitemus nos tamen heia.

XXV. *Exstat hoc celeumatis antiqui exemplum unicum in codice Berolinensi, olim Santeniano [mss. Diez. B 66] saec. VIII uel IX p. 279 sine titulo (praecedat Columbani ad Fedolium epistula), unde secundum L. Muellera apographon edidi in Analectis Catullianis p. 77 (cf. et E. Duemmler in Hauptii Z. f. d. A. N. F. V 144) || 2 effusi codex, corr. L. Muellerus | sereno, sic cod. || 6 dabit arridens scripsi: dabitur ridens cod. || 8 praegnanti concurrere cod., correxi || 10 delphines cod. || 11 Atque L. Muellerus: Et que cod. | gemet cod., correxi || 12 et addidi: om. cod. || 13 echo cod. || 14 ex mea coniectura dedi: schoresultet portus nos tamen heia cod. Et chorus exultet Portuni: n. t. h. Peiperus mus. Rhen. XXXII 523*

Conuulsum remis spumet mare: nos tamen heia. 15  
Uocibus adsiduis litus resonet: tamen heia.

16 tamen *add. Muellerus: om. cod. || post 16* Heia naheia  
heleia naheia heiana heia eleia *addidit in codice bonus qui-*  
*dam monachus || medii aevi imitatio habetur apud Muratorium*  
*Antiq. Ital. III 709 et in carmine christiano, quod ex codice*  
*Vossiano Gr. Q. 7 saec. X fol. 40 sq. edidit Duemmler in*  
*noui archiuui uol. VI p. 190 quodque ad Columbanum, ut uide-*  
*tur, referendum ab hac stropha incipit*

En siluis caesa fluctu meat acta carina  
Bicornis Hreni, et pelagus perlabitur uncta.  
Heia, uiri, nostrum reboans echo sonet heia!

*desinit in stropha octaua haec:*

Rex quoque uirtutum rerum fons summa potestas  
Certanti spondet, uincenti praemia donat.  
Uestra, uiri, Christum memorans mens personet heia!

## XXVI.

## INCERTI.

Iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum  
Auctorem rodit excruciatque animum.

## XXVII.

## INCERTI.

Nereides freta sic uerrentes caerulea tranant,  
Flamine confidens ut notus Icarium.  
Icarium notus ut confidens flamine, tranant  
Caerulea uerrentes sic freta Nereides.

## XXVIII.

## INCERTI.

**Uersus in quo totae XXIII litterae continentur.**

Sic fugiens, dux, zelotypos quam karus haberis.

XXVI extat in codice Einsidlensi 326 saec. X fol. 90, unde  
edidit Th. Mommsenus *mus. Rhen. IX p. 298. adjert Hierony-*  
*mus uol. VII p. 568 Uall. his uerbis: pulchre quidam de neote-*  
*ricis Graecorum uersum transferens elegiaco metro de inuidia*  
*lusit dicens: Iustius — animum (cf. Hauptius opusc. III p. 338) ||*  
*sine titulo Einsidl. || 2 Auctorem rodit — animum Hieron.: Cor-*  
*rodit auctorem — animam Einsidlensis, in quo sine interuallo*  
*sequitur Damasi carmen christianum Titire tu fido eqs.*

XXVII extat in codice musei Britannici Reg. 15. B. XIX.  
saec. IX—X fol. 101 (cf. quae dixi *mus. Rhen. XXXI p. 95*)  
*sine titulo. commemorat Diomedes p. 517 K. ita: reciprocum*  
*neoterici, si non fallor, nouum protulerunt, ut per duos uersus*  
*duo alii recurrant, ut in illis uersibus: Nereides — Nereides;*  
*cf. et Marius Victorinus p. 114 K. || 1, 3 tranat Victorini codi-*  
*ces || 2, 3 nothus codex Britannicus || 4 Coerulea idem*

XXVIII extat in codice Veneto Bessar. 497 saec. XII fol.  
58<sup>b</sup> (ante Homerum latinum), unde nunc primum edo, nisi fallor ||  
*tit. tote uiginti tres litere || quam Icarus codex, quod correxi*

## XXVIII.

## INCERTI AD PANEM.

Rustice lustruage capripes cornute bimembris  
 Cinyphie hirpigena pernix caudite petulce  
 Saetiger indocilis agrestis barbare dure  
 Semicaper uillose fugax periure biformis  
 Audax brute ferox pellite incondite mute  
 Siluicola instabilis saltator perditte mendax  
 Lubrice uentrisonax inflator stridule anhele  
 Hirte hirsute biceps fallax niger hispide sime  
 Scabrens ariole spurce bruticle fatucle!

## XXX.

## INCERTI AENIGMA.

Collis sum collisque fui collisque manebo;  
 Tertia si pereat littera, sexta manet.

XXVIII extat in *Turicensi* 78 (olim 451) saec. IX fol. 82 (post *Serenum Samon.*) sine titulo, in *Sangallensi* 899 saec. X sine inscriptione (cf. *Jaenickius in Fleckels. ann. 1868 p. 391*); in *Parisino* 8094 saec. XI fol. 56 cum titulo *Ouidius Naso in amatoria arte de Pan pastore dicit (apud Riesium A. L. 682); itidem Ouidio tribuunt recentes codices haud pauci (ut Monac. 454 fol. 94: Ouidius in rusticum). commemorat Liudprandus relat. de legat. Constant. 10 u. 1 et 4, in Antapodosi 5, 32 u. 2—3. cf. L. Muellerus et Hertzbergius in Fleck. ann. 1866 p. 396 et p. 788 || 2 Cynife ST Cynife P | hyrpegena P; hirpigena Riesius cont. | petule S p&ulac T || 3 S&iger ST Sitiger P || 4 uillose P || 5 brute om. T | mutae ST; muto Hertzbergius || 6 Siluicula P || 7 uentrisonax codd., correxi | anelae ST anhelle P || 8 Hirce P Hyrt(a)e hirsute ST | fallax hispidissime niger ST niger hispidissime fallax P, corr. L. Muellerus || 9 om. P (et recentiores codd.) | Scabrens scripsi: Scrans ST Sons uel Pan uel Intonse Hertzb. | ariole (uel arbusticula) idem: aridus iol(a)e ST (ortum ex aridus suprascr. iole) | bruticle ego: brutiole S bruciole T | fatucle Hertzbergius: fatude S fatucle T | finit S*

XXX. extat hoc aenigma, quod his fere temporibus uindi-

## XXXI.

## INCERTI DE HIPPPOLYTO.

Fonte lauat genitor, quem crimine polluat uxor,  
 Et puerum refouet, quem iuuenem perimat.

Ante suum gremium portat portatus alumnus:  
 Unum gestat equus, sed duo terga premunt.

Mergitur Hippolytus mersurus amore nouercam; 5  
 Quem quia fata iuuant, flumina nulla nocent.

In causa Hippolyti uersa est natura parentum:  
 Saeua nouerca fouet, quem pater ipse necat.

*cauerim, in eodem Turicensi fol. 116 sine titulo (mgo. at), ubi praecedunt qui antiqui esse possunt uersiculi:*

Tantum uina nocent quantum non uipera laedit:  
 Inde tremor membris atque inde obliuio mentis.

*habetur aenigma (cuius locus est Haemus = hamus = S) teste I. Kleinio mus. Rhen. XXIII p. 191 etiam in cod. Reginensi 421 saec. XI, in quo u. 2: Littera sexta perit, tertia sicque manet minus bene scribitur.*

XXXI inuenitur eiusdem *Turicensis* fol. 118 sine titulo; sunt sententiae antithetis splendidae ex maiore epyllio excerptae, ut docet alterum distichon per se uix apertum || 1 polluat (cf. u. 2) scripsi: polluit T polluet Riesius (*Anth. lat. 688*) || 3 suum ex sou corr. T || 5 ippolitus T (et u. 7 ippoliti) | nouercam scripsi: nouercae T (hoc seruato moriturus Riesius) || 6 nonne potius Quem, q. f. nocent, f. n. iuuant? | facta, c. supuncta. T



## XXXII.

## INCERTI PONTICON PRAEFATIO.

Tethya marmoreo fecundam pandere ponto  
 Et salis aequorea spirantis mole cateruas  
 Quaeque sub aestifluis Thetis umida continet antris  
 Coeptantem, Uenus alma; foue, quae semine caeli  
 Parturiente salo, diuini germinis aestu 5

*Hoc carmen post Solinum extat in A, codice Parisino 6810 saec. X sine titulo; in B, Parisino 6831 saec. X cum inscriptione uersus peracti operis; C, Parisino 4873 saec. XI praemissa anagraphe Item C. Iulii Solini poliistor ponticon: cf. praefatio Mommseni p. XL sqq., cui debeo collationes. ipse contuli D, Parisinum 8319 miscellaneum, qui fol. 49 saec. XI hos uersus (omisso titulo) habet ab eodem quo C librario scriptos: cf. M. Bonnetus in Fleckeiseni annal. a. 1877 p. 272. nihil noui conferunt codices Autunensis 39 et Vaticanus 1478 (hic insignis inscriptione: item Gai Iulii Solini siue garamanti ponticon). duae classes A et BCD paris ad textum constituendum momenti sunt, etsi praevalet A. — fragmentum casu adnexum Solino fortasse ad Nemesianum referendum; certe non cum Wernsdorfio (I p. 153—163) tribui debet Uarroni Atacino, sermonis proprietatibus (cf. 3 aestifluus, 6 sanguinare) serius acuum et auctorem Africannum euincuntibus. cf. Anth. l. Burm. V 113, Meyeri 234 || uersuum ordinem hunc habent BD, ut uu. 1 et 2 praepositis iam 3 post 13, 4 post 14 et sic usque ad finem collocentur || 1 tethia CD tithya A tithia B | fecundam A: fecitclam B fecit dea CD (ex fecūdā ortum) | pondere B || 2 aequorea scripsi: (a)equoreas O (-reus B), quo seruato molle Salmasius; aequorei Pithoeus | spirantis A || 3 aestifluo (i supra o) is (ex u corr.) D | Thetis om. C | humida D || 4 Coeptantem uenus A: Ceptante (Ceptantē D) menis BCD | quae A: om. BCD | somine B || 5 uerba diuini germinis aestu ad sequentia traxi | in aestu uoce desinit C*

Spumea purpurei dum sanguinat unda profundi,  
 Nasceris e pelago, placido dea prosata mundo!  
 Nam cum prima foret rebus natura ferundis  
 In foedus conexa suum, ne staret inert  
 Machina mole uacans, tibi primum canduit aether, 10  
 Astrigera et facies nitido gemmauit Olympo.  
 Te fecunda sinu tellus amplexa resedit  
 Ponderibus librata suis, elementaque iussa  
 Aeternas seruare uices. tu fetibus auges  
 Cuncta suis, totus pariter tibi parturit orbis. 15  
 Quare, diua, precor, quoniam tua munera paruo  
 Ausus calle sequor, uitreo de gurgite uultus  
 Dexter a prome pios et numine lacta sereno  
 Pierias age pande uias: da Nerea molli  
 Pacatum candere freto notisque litata 20  
 Fac saltem primas pelagi libemus harenas.  
 Uos quoque, qui resonat colitis caua Tempea coetu

\* \* \*

6 purpurei — profundi Lindenbrogius: purpureis — profundis O || 8 ferundis scripsi: profundis O (etiam D) e u. 6; creandis Salmasius || 9 In foedus A: In fidus D Insidiis B || 10 uacans A: cauaus BD | canduit scripsi: candidit BD candidus A || 11 Astrigera et facies scripsi: Astrigeram faciem O; sed gemmauit actiuu significatione positum defendi nequit; meliusque aether candescens et Olympus astriger discernuntur || 13 librata BD: fundata A; recte Meyerus confert Ouidium met. I 13 | iussa A: uisa BD || 14 Aeternas Barthius: Aetherias O | auges uulgo: augens O || 15 Lindenbrogius Lucret. I 4 confert || 17 uitreo] uit hinc B || 19 da A: cla BD || 20 candere scripsi: gaudere O || 22 quae Buechelerus | coetu Pithoeus: cytu O

## XXXIII.

## NEMESIANI CARMINA QUAE SUPERSUNT.

De M. Aurelio Olympio Nemesiano Carthaginiensi Flauii Uopisci in uita Numeriani c. 11 [p. 221 Peteri] hoc extat testimonium: *uersu autem (Numerianus) talis fuisse praedicatur ut omnes poetas sui temporis uicerit. nam et cum Olympio Nemesiano contendit, qui halientica cynegetica et nautica scripsit quique omnibus coronis [sic uulgo: colonis codd.] illustratus emicuit.* in quibus uerbis pro *nautica* Bernhardy coniecit *ixcutica*, ego respectu carminis XXXII reposuerim *pontica*; certe *bucolica*, quod facile quis cogitet, nimis recedit a litterarum uestigiis. haec autem *bucolica* siue non nouisse siue ut leuioris materiae carmina consulto omisisse uidetur Uopiscus.

Ex Nemesiani poematis quae ad nos peruenerunt ita composui ut primo loco exhiberem *eclogas* per medium aeuum adnexas Calpurnio; cuius de codicibus editionibusque quae supra p. 65 sqq. dicta sunt itidem ad nostrum pertinent.

Deinde dedimus *Cynegetica*, quorum particulam seruata debemus, ut multa alia, Gallicorum monachorum sedulitati\*). codices uetustos iam ab Hauptio

\*) extat in libro Hinemari archiepiscopi Rhemensis ad Hinemarum episcopum Laudunensem c. 24 locus sat grauis, unde etiam in scholis haec *Cynegetica* lecta fuisse discimus; quem ilico subiciam: *tuis compilationibus confuso et, sicut ipse*

indicatos adhibui A, Parisinum 7561 miscellaneum, qui foliis 13—18 saeculo X scriptis sine titulo carmen praebet; porro B, Parisinum 4839 saec. X, cuius fol. 1—20 Prisciani periegesis, fol. 20—26 Nemesianus, fol. 26—48 Serenus Sammonicus leguntur (quem librum praeter inutilium uariarum lectionum cumulum nihil fere boni continentem lubenter abicerem, nisi aetas ut respiceremus cogere posset uideri). his libris a me conlatis addidi ex Hauptii apparatu codicem nouicium C, Uindobonensem 3261 (phil. 335) saec. XVI, qui fol. 43 sqq. Ouidii Halientica, fol. 48 sqq. Nemesianum, fol. 58 sqq. Gratii *Cynegetica* praebet, nimirum haec tria opuscula in una membrana scripturae langobardicae coniuncta olim ex Gallia in Italiam attulit Actius Sincerus Sannazarius; cuius exemplaris pars Gratium Ouidiumque complectens cum ipsa nobis seruata sit, Nemesianus tantum apographo illo hodie suppetit; cf. Hauptius praef. p. XXII sqq. ceterum C recentem et sine dubio hic illie a docto scriba correctum par est postponi librorum uetustorum A et B consentientium auctoritati. — inter editiones prae ceteris commemoratione dignae sunt Wernsdorffii [P. L. M. I 85 sqq.] et Hauptii [Ouidii Halientica ectr. p. 43 sqq., cf. et opusc. I 403].

Denique in fine et fragmenta duo, ad quae Phil-

*diuisti, praepostero ordine positus et nunquam in eodem statu manentibus aliter respondere non potui, nisi, ut uenatores ferae lustra sequentes agere auditu et lectione puer scolarius in libro qui inscribitur kynegeticon Carthaginensis Aurelii didici, hac illacque discurrendo, retrograda etiam uestigia repetendo, anfractus tuos uestigando explicare studerem: quod adhuc mihi erit necessarium facere et in explicanda de inceptis ratione et in ostendenda causali actione de his, quae admisisti et pro quibus tibi et ecclesiae tibi commissae scripsi, contra quae irregulariter subscriptionem, quin potius tuam nouam praesumptionem adiens 'mille uias tristesque labores discursusque citos, securi praelia ruris' et sincero corde lites domesticas subire compellar.*

ippus Kohlmannus liberaliter nobiscum communicauit  
quaecumque ex Lactantii codicibus enotauerat, et incertae fidei de aucupio uersus adiecimus.

## I. ECLOGAE.

## Ecloga prima.

[Timetas, Tityrus.]

- Tim.** Dum fiscella tibi fluuiiali, Tityre, iunco  
Texitur et raucis immunia rura cicadis,  
Incipe, si quod habes gracili sub arundine carmen  
Compositum. nam te calamos inflare labello  
Pan docuit uersuque bonus tibi fauit Apollo. 5  
Incipe, dum salices haedi, dum gramina uaccae  
Detondent, uiridique greges permittere campo  
Dum ros et primi suadet clementia solis.
- Tit.** Hos annos canamque comam, uicine Timeta,  
Tu iuuenis carusque deis in carmina cogis? 10  
Diximus et calamis et uersum aptauimus olim,  
Dum secreta hilares aetas ludebat amores.  
Nunc album caput et ueneres tepuere sub annis,  
Iam mea ruricolae dependet fistula Fauno.  
Te nunc rura sonant; nuper nam carmine uictor 15

Aureliani nemesiani Cartaginensis egloghe incipiunt **g**, sine titulo **n**, post Calpurnii VII 84 uterque; itemque **I**, qui ex parte uarie inscribunt || 1 Tim. om. **g** | titire **G** || 2 raris **g** | immunia **g**: in mutua **n**; de **I** (imitantur, imitatur, resonant tua, sim.) non liquet; rumpuntur Hauptius || 3 harund. **n** || 5 fluuit **g** || 6 edi **g** || 7 Detondet **g** Detonderet **n** | uirdiq; **n** || 8 Dum **G**: Et **I** || 9 comam (-a **n**) **G**: meam **I** | uicine timeta **n** m. rec.: uicine timere **G** mihi care senectam **I** || 10 carisque **g** || 11 et uersu aptauimus scripsi: et uersu cantauimus **G** uersus (-su) cantauimus (et omissio) **I** calamo et uersu cant. Barthius uersus mandauimus Heinsius || 12 ylares **g** illares **n** | ludabat **n**, corr. m. rec. || 13 campud **g** | tepuere **n** et (ita ut ante t littera sit expuncta) **g**, qui in marg. al. uenus intepuere habet: stupuere **I** || 14 lam **I**: Nam **G** || 15 carmine uictor (-ctos) **I**: carmina uictor **G**

- Risisti calamos et dissona flamina Mopsi  
Iudice me. mecum senior Meliboeus utrumque  
Audierat laudesque tuas sublime ferebat;  
Quem nunc emeritae permensum tempora uitae  
Secreti pars orbis habet mundusque piorum. 20  
Quare age, si qua tibi Meliboei gratia uiuit,  
Dicat honoratos praeduleis tibia manes.  
**Tim.** Et parere decet iussis et grata iubentur.  
Namque fuit dignus senior, quem carmine Phoebus,  
Pan calamis, fidibus Linus aut Oeagrius Orpheus 25  
Concinerent totque acta uiri laudesque sonarent.  
Sed quia tu nostrae laudem deposcis auenae,  
Accipe quae super haec cerasus, quam cernis ad  
annem,  
Continet, inciso seruans mea carmina libro.  
**Tit.** Dic age; sed nobis ne uento garrula pinus 30  
Obstrepat, has ulmos potius fagosque petamus.  
**Tim.** Hic cantare libet; uirides nam subicit herbas  
Mollis ager lateque tacet nemus omne: quieti  
Aspice ut ecce procul decerpant gramina tauri.  
Omniparens aether et rerum causa, liquores, 35  
Corporis et genetrix tellus, uitalis et aer,  
Accipite hos calamos atque haec nostro Meliboeo  
Mittite, si sentire datur post fata quietis.

16 dissona **n** | carmina **g** || 17 meliboeus **G** semper || 20 priorum **G** || 22 dicit **n** || 23 Tim. om. **g** | et om. **n** || 25 fidibus sid (suprascr. linus m. rec.) **n**: fidibusq; lydus **g** fidibusque Linus **I** | aut oeagrius **n**: aut egrius **g** modulatibus **I** || 26 totque **G**: atque **I** | sonabant (mgo sonarent at melius) **g** || 27 laudem **G**: musam **I** || 28 deest, ut uid., in **I**, qui u. seq. quercus pro seruans || 28 super hoc Heinsius | annem **g** || 30 garula **n** cartula (mgo at garula) **g** || 31 obstrepat **n** | has hulmos **g** | fagosue **I** ex parte || 32 Tim. om. **g** | subicit **n**: subigit **g** **I** (suggerit pauci); num subigit? || 33 lacteq; **n** | late tacet et **g** | pecus Burmannus, quo accepto matim iacet || 35 Omne parens **g** || 36 genetris **n** genetrix **g** || 37 hos (hoc **g**) cantus **G**: hos calamos **I** || 38 Mittite in initio **I**: post datur **G** (mittite **g**)

Nam si sublimes animae caelestia templa  
 Sidereasque colunt sedes mundoque fruuntur: 40  
 Tu nostros aduerte modos, quos ipse benigno  
 Pectore fouisti, quos tu, Meliboeae, probasti.  
 Longa tibi cunctisque diu spectata senectus  
 Felicesque anni nostrique nouissimus aevi  
 Circulus innocuae clausurunt tempora uitae. 45  
 Nec minus hinc nobis gemitus lacrimaeque fuere  
 Quam si florentes mors inuida carperet annos.  
 Nec tenuit tales communis causa querellas.  
 Heu, Meliboeae, iaces letali frigore segnis  
 Lege hominum, caelo dignus callente senecta 50  
 Concilioque deum. plenum tibi ponderis aequi  
 Pectus erat. tu ruricolam discernere lites  
 Assueras, uarias pacans mulcendo querellas.  
 Sub te ruris amor, sub te reuerentia iuris  
 Floruit, ambiguos signauit terminus agros. 55  
 Blanda tibi uultu grauitas et mite serena  
 Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.  
 Tu calamos aptare labris et iungere cera  
 Hortatus duras docuisti fallere curas.  
 Nec segnem passus nobis marcere iuuentam 60  
 Saepe dabas merita non uilia praemia Musae.  
 Saepe etiam senior, ne nos cantare pigeret,  
 Laetus Phoebea dixisti carmen aena.  
 Felix o Meliboeae, uale! tibi frondis odora  
 Munera dat lauros carpens ruralis Apollo; 65

42 fouisti I: nouisti G || 43 cunctisq; n || 46 hic g || 47 Qua  
 n | carperet G: pelleret I || 48 renuit Martellius | communis n |  
 querelas O (et 53) || 50 callente (uel sapiente) scripsi: canente O || 53  
 pacans Maehly: patiens O (paciens n); patiens mulcensque Uilius  
 sapiens mulcere Burmannus | mulcedo g || 54 ruris O: iuris Mar-  
 tellius | iuris (supra ruris expunctum) G: iusti I, n mg. m. rec. ||  
 56 uultu n: uultus (sed s expuncta) g, I | seuera Martellius | 58 attare  
 g | et iungere G: coniungere I || 59 Hortatus G: Oratus I | falere n ||  
 61 Sedabas I, ut uid. || 63 duxisti Heinsius | carmina g || 64 fron-  
 tis honora Maehly

Dant Fauni, quod quisque ualet, de uite racemos,  
 De messi culmos omnique ex arbore fruges;  
 Dat grandaeva Pales spumantia cymbia lacte,  
 Mella ferunt Nymphae, pictas dat Flora coronas:  
 Manibus hic supremus honos. dant carmina Musae, 70  
 Carmina dant Musae, nos et modulamur aena:  
 Siluestris te nunc platanus, Meliboeae, susurrat,  
 Te pinus; reboant te, quidquid carminis Echo  
 Respondet, siluae; te nostra arbusta locuntur.  
 Namque prius siccis phocae pascentur in aruis 75  
 Insuetusque freto uiuet leo, dulcia mella  
 Sudabunt taxi, confusis legibus anni  
 Messem tristis hiems, aestas praestabit oliuam,  
 Ante dabit flores autumnus, uer dabit uuas,  
 Quam taceat, Meliboeae, tuas mea fistula laudes. 80  
 Tit. Perge, puer, coeptumque tibi ne desere carmen.  
 Nam sic dulce sonas, ut te placatus Apollo  
 Prouehat et felix dominam perducatur in urbem.  
 Iamque hic in siluis praesens tibi fama benignum  
 Strauit iter, rumpens liuoris nubila pennis. 85  
 Sed iam sol demittit equos de culmine mundi,  
 Flumineos suadens gregibus praebere liquores.

66 phauni n || 67 messi (cf. Neuius I p. 214) Maehly: messe  
 G campo I messo Burmannus || 68 cymbia n || 70 honor n || 71 et  
 g: om. n te I || 72 te nunc G: nunc te I || 73 reboant scripsi:  
 reboat O, quod nonnulli cum pinus coniungunt prae | tunc  
 quicquid n || 74 Respondet n: Respondent g I | arbusta Haupt-  
 tius: armenta O | locuntur (loqu. n) G: sequuntur I || 75 focae g |  
 nascentur I | in herbis aruis n || 76 Insuetusque Heinsius: Uesti-  
 tusque G Hirsutusque I, ut uid. || 77 confusus g || 78 praestabit  
 Hauptius: tractabit (-uit n) O iactabit Burmannus | oliuam G:  
 oliuas I || 80 Quae n || 81 Tit. om. g Coridon n | ceptumque tibi ne G:  
 coeptum tibi iam ne (nec, neu) I || 82 dulce canis g || 83 in G: ad  
 I | urbem ex orbem corr. n || 84 Iamque Heinsius: Namque O |  
 huc e siluis Hoeufftius || 85 inter n | pennis G: plena I || 86 di-  
 mittit O || Explicet prima g

## Ecloga secunda.

[Idas. Alcon.]

Formosam Donacen puer Idas et puer Alcon  
 Ardebant rudibusque annis incensus uterque  
 In Donaces uenerem furiosa mente ruebant.  
 Hanc, cum uicini flores in uallibus horti  
 Carperet et molli gremium compleret acantho, 5  
 Inuasere simul Uenerisque imbutus uterque  
 Tum primum dulci carpebant gaudia furto.  
 Hinc amor et pueris iam non puerilia uota:  
 Quis anni ter quinque, increseit cura iuuencae.  
 Sed postquam Donacen duri clausere parentes, 10  
 Quod non tam tenui filo de uoce sonaret  
 Sollicitumque foret pinguis sonus, improba ceruix  
 Suffususque rubor crebro uenaeque tumentes,  
 Tum uero ardentis flammati pectoris aestus  
 Carminibus dulcique parant releuare querella; 15  
 Ambo aeuo cantuque pares nec dispare forma,  
 Ambo genas lacues, intonsi crinibus ambo.  
 Atque hi sub platano maesti solatia casus  
 Alternant, Idas calamis et uersibus Alcon.  
 I. Quae colitis siluas, Dryades, quaeque antra, Napaeae, 20  
 Et quae marmoreo pede, Naiades, uda secatis

II. *Intervallum sine titulo in G; uarie inscribunt I ex parte* ||  
 1 donacem n | ydas g || 2 rudibus annis I || 3 furiosa I || 4 ualli-  
 bus n; callibus *Godofr. Hermannus* | orti G || 5 achanto n acanto  
 g || 6 uenerisque (-rique) imbutus I: ueneris imbutus G || 7 Tunc  
 I pauci || 8 Hic g | iam non *edd. uet.*: iam nunc O | puerillia n ||  
 9 increseit cura iuuencae *scripsi*: hiemes et cura iuuentae O  
 actae t. q. hiemes et c. i. *Heinsius* et primae c. i. *Burmannus*  
 quis — quinque *parenthesi includens* et cruda iuuenta *Hauptius* ||  
 10 donacē n || 12 Solic. n; Sollicitusque *Ulitius* | pinguis sonus  
 G: linguis onus I || 13 crebro g || 15 querela O || 16 cantu aeuo-  
 que n || 17 leues G | intonsis *edd. uet.* || 18 Atque hi sub *scripsi*:  
 Atque hic sub G Atque sub hac I Atque haec sub *Glaeserus* ||  
 19 ydas g || 20 driades G | atque antra n | naepe G || 21 secatis  
 n: secantes g; *fluctuant inter utrumque* I

Litora purpureosque alitis per gramina flores:  
 Dicite, quo Donacen prato, qua forte sub umbra  
 Inueniam, roseis stringentem lilia palmis?  
 Nam mihi iam trini perierunt ordine soles, 25  
 Ex quo consueto Donacen expecto sub antro.  
 Interea, tamquam nostri solamen amoris  
 Hoc foret aut nostros posset medicare furores,  
 Nulla meae trinis tetigerunt gramina uaccae  
 Luciferis, nullo libarunt amne liquores; 30  
 Siccaque fetarum lambentes ubera matrum  
 Stant uituli et teneris mugitibus aethera complent.  
 Ipse ego nec iunco molli nec uimine lento  
 Perfeci calathos cogendi lactis in usus.  
 Quid tibi, quae nosti, referam? scis mille iuuencae 35  
 Esse mihi, nosti numquam mea mulctra uacare.  
 Ille ego sum, Donace, cui dulcia saepe dedisti  
 Oscula nec medios dubitasti rumpere cantus  
 Atque inter calamos errantia labra petisti.  
 Eheu! nulla meae tangit te cura salutis? 40  
 Pallidior buxo uiolaeque simillimus erro.  
 Omnes ecce cibos et nostri pocula Bacchi  
 Horreo nec placido memini concedere somno.  
 Te sine, uae misero, mihi lilia nigra uidentur  
 Pallentesque rosae nec dulce rubens hyacinthus, 45

22 purpureos (*om. que*) I | gramina I: litora G || 23 Dicite  
 quo donacen prato g: Dicite quo prato donacē prō n *ita ut*  
*tria prima uocabula a m. rec. sint* Dicite quo prato donacen I ||  
 25 Nam me — petierunt I, *ut uid.* || 26 donacē n | ambro g ||  
 27 nostri tamquam g || 28 Hic g | nostros posset G: posset rapi-  
 dos (*rabidos pauci*) I, *et sic corr. n m. rec.* || 28 ternis g || 30 Luce-  
 feris g | nullo libarunt *Glaeserus*: nullo libar n nullo sudarunt  
 g nullo lamberunt I || 31 labentes n || 32 ethera g: aera n I ||  
 33 molli iunco I | uigmine g || 36 mulctra g || 37 Ille G: Idas  
 ille I | cui dulcia (*d. c. n*) G: cui I || 40 Eheu *edd. ant.*: Heu n  
 Heu heu g, *sic uel* En heu I | te tangit I || 42 bacchi I: uini  
 G || 43 sompno g sono n || 44 ue G || 45 rubens I: rubensque G  
 iacintus G

Nullos nec myrtus nec laurus spirat odores.  
 At si tu uenias, et candida lilia fient  
 Purpureaeque rosae, dulce atque rubens hyacinthus;  
 Tunc mihi cum myrto laurus spirabit odores.  
 Nam dum Pallas amat turgentibus sanguine bacas, 50  
 Dum Bacchus uites, Deo sata, poma Priapus,  
 Pascua laeta Pales, Idas te diligit unam. —  
 Haec Idas calamis. tu, quae responderit Alcon  
 Uersu, Phoebe, refer: sunt curae carmina Phoebos.

A. O montana Pales, o pastoralis Apollo, 55  
 Et nemorum Siluane potens, et nostra Dione,  
 Quae iuga celsa tenes Erycis, cui cura iugales  
 Concubitus hominum totis conectere saeculis:  
 Quid merui? cur me Donace formosa reliquit?  
 Munera namque dedi, noster quae non dedit Idas, 60  
 Uocalem longos quae ducit aedona cantus;  
 Quae licet interdum, contexto uimine clausae  
 Cum paruae patuere fores, ceu libera ferri  
 Norit et agrestes inter uolitare uolueres,  
 Scit rursus remeare domum tectumque subire, 65  
 Uiminis et caueam totis praepone siluis.  
 Praeterea tenerum leporem geminasque palumbes  
 Nuper, quae potui, siluarum praemia misi.  
 Et post haec, Donace, nostros contemnis amores?

46 mirtus G || 47 At tu si I || 48 Purpureaeque; (e supra s) n |  
 dulce atque rubens scripsi: dulce rubensque g tunc dulce rubens-  
 que n et (uel tunc) dulce rubens I || 49 post 45 ponit g, qui  
 spirabat || 50 dum I (n ex corr.): cum G || 51 bacus n | uites I:  
 uitas G (Bacchus deus uitas et ponit g); num Uitas dum Bacchus?  
 Deo Glaeserus: deus et O (cls et n) Ceres et aut Tellus Ulitius ||  
 52 diligit I ex parte || 53 poeta praemittit n | Hic i. c. tuq; re-  
 spondis a. n || 54 curae Hauptius (opuscul. 1 p. 142): aurea O ||  
 57 ericis g || 58 connectere O | sedis n || 59 donacem n | reliquid  
 g || 61 addona n || 62 contesto g contexto n | uimine g | clausae  
 Hauptius: clausa O || 63 paruae | caueae Machly | liberata n ||  
 64 Norit Wernsdorffius: Nouit O | agrestes g || 66 Uiminis g |  
 notis Heinsius || 69 contempnis g

Forsitan indignum ducis, quod rusticus Alcon 70  
 Te peream, qui mane boues in pascua duco.  
 Di pecorum pauere greges, formosus Apollo,  
 Pan doctus, Fauni uates et pulcher Adonis.  
 Quin etiam fontis speculo me mane notauit,  
 Nondum purpureos Phoebus cum tolleret ortus 75  
 Nec tremulum liquidis lumen splenderet in undis:  
 Quod uidi, nulla tegimur lanugine malas,  
 Pascimus et crinem; nostro formosior Ida  
 Dicor, et hoc ipsum mihi tu iurare solebas,  
 Purpureas laudando genas et lactea colla 80  
 Atque hilares oculos et formam puberis aeni.  
 Nec sumus indocti calamis: cantamus auena,  
 Qua diui eecinere prius, qua dulce locutus  
 Tityrus e siluis dominam peruenit in urbem.  
 Nos quoque te propter, Donace, cantabimur urbi, 85  
 Si modo coniferas inter uiburna cupressos  
 Atque inter pinus corylum frondescere fas est. —  
 Sic pueri Donacen toto sub sole canebant,  
 Frigidus e siluis donec decedere suavit  
 Hesperus et stabulis pastos inducere tauros. 90

70 Forsitam n | quod | quia g || 71 peream G: cupiam I |  
 duco g: ducas n ducam I || 72 pecorum | precor n || 73 Fauni  
 uates I: uates fauni (q; supra lin. add. g) G | pulcher apollo  
 g || 74 etiam | omnes g || 75 Nondum n | cum I: dum G | ortus,  
 sic O || 76 tremulum supra tenerum expunctum g | splenderet  
 lumen I || 77 tegimur perlanguine n || 78 Pascimus I pauci  
 79 iurare G: narrare I || 80 collo n || 81 om. n || 82 indoctis n  
 83 om. I, ut uid. | loquutus n || 84 Tityrus et (pro ec?) g  
 in G: ad I || 85 donacem n | cantabimur O, corr. edd. ant. || 87 At-  
 que, sic O | pinus g: pinos n I | corylum G || 88 donacem G ||  
 89 decedere scripsi: descendere n discedere g, utrumque habent,  
 ut uid., I | suavit g || 90 Hesperus g || Explicit secunda g

## Ecloga tertia.

[Pan.]

Nyctilus atque Micon nec non et pulcher Amyntas  
 Torrentem patula uitabant ilice solem,  
 Cum Pan uenatu fessus recubare sub ulmo  
 Coeperat et somno laxatas sumere uires;  
 Quem super ex tereti pendeat fistula ramo. 5  
 Hanc pueri, tamquam praedem pro carmine possent  
 Sumere fasque esset calamos tractare deorum,  
 Inuadunt furto; sed nec resonare canorem  
 Fistula quem suerat nec uult contexere carmen,  
 Sed pro carminibus male dissona sibila reddit, 10  
 Cum Pan excussus sonitu stridentis auenae  
 Iamque uidens 'pueri, si carmina poscitis' inquit,  
 'Ipse canam: nulli fas est inflare cicutas,  
 Quas ego Maenaliis cera coniungo sub antris.  
 Iamque ortus, Lenaeae, tuos et semina uitis 15  
 Ordine detexam: debemus carmina Baccho.'  
 Haec fatus coepit calamis sic montiuagus Pan:  
 'Te cano, qui grauidis hederata fronte corymbis  
 Uitea sarta plicas quique udo palmitis tigres  
 Ducis odoratis perfusus colla capillis, 20  
 Uera Iouis proles; nam cum post sidera caeli

III. *Interuallum sine titulo in G; uarie inscribunt I ex parte* || 1 Nyctilus G | amyntas g amintas n || 2 illice n || 4 laxatas g: lassatas n I (lassatus pauci) || 5 ex tereti g: om. n spatio relicto (teriti suprascr. m. rec.) e tereti I || 6 Hanc pueri tamquam I (n m. rec. suprascr.): om. G spatio relicto | praedem Titius: praedam O | posset g || 7 Sumere fasque I: Sumersasque g . . . . . fasque (sinnere supra lac. m. rec.) n | 8 Inuadet n, corr. m. rec. | canorem O: canorum edd. uet. || 9 suerat G: de I (sueuit, fuerat nonnulli) non liquet || 10 sibila dissona I ex parte || 11 Cum G: Tum I || 15 lenaeae G || 16 baccho n || 17 Hoc n | fatus coepit I: cepit fatus G || 18 grauidus n | corimbis G || 19 plicans n | quique udo G: qui quando I || 20 odoratis — capillis G: odorato — capillo I || 21 nam cum scripsi: iam tunc O nam tunc Burmannus

Sola Iouem Semele uidit Iouis ora professum,  
 Hunc pater omnipotens, uenturi prouidus aevi,  
 Pertulit et iusto produxit tempore partus.  
 Hunc Nymphae Faunisque senes Satyrique procaces, 25  
 Nosque etiam Nysae uiridi nutrimus in antro.  
 Quin et Silenus paruus ueteranus alumnus  
 Aut gremio fouet aut resupinis sustinet ulnis,  
 Euocat aut risum digito motuue quietem  
 Allicit aut tremulis quassat crepitacula palmis. 30  
 Cui deus arridens horrentes pectore setas  
 Uellicat aut digitis aures astringit acutas  
 Adplauditue manu mutilum caput aut breue mentum  
 Et simas tenero collidit pollice nares.  
 Interea pueri florescit pube iuuentus 35  
 Flauaque maturo tumuerunt tempora cornu.  
 Tum primum laetas extendit pampinus uuas:  
 Mirantur Satyri frondes et poma Lyaei.  
 Tum deus 'o Satyri, maturos carpite fetus'  
 Dixit 'et ignotos pruni calcate racemos.' 40  
 Uix haec ediderat, decerpunt uitibus uuas  
 Et portant calathis celerique elidere planta  
 Concaua saxa super properant: uindemia feruet  
 Collibus in summis, crebro pede rumpitur uua  
 Nudaque purpureo sparguntur pectora musto. 45

22 post professum punctum uulgo || 24 Pertulit G: Protulit I | iusto I: iusso n uiso g || 25 phanniq; n | saturiq; n || 26 nysae G: nymphae I || 27 ueteranus O. Schubertus (Ritschelii acta soc. philol. Lips. II 481): neneratus O | alumpnum g || 29 Euocat aut (aut euocat cum signis transponendi n) G: Et uocat ad I | motuue Glaeserus: motuque O || 30 om. I || 32 affringit n || 33 Applauditue I: Aut plauditue G (ex Atpl.) || 34 simas n: summas, mgo at simas, g summas I | pollice n || 35 iuuenta I iuuentas Heinsius || 36 crine Maehly || 37 leues I pauci; fetus Burmannus | extendit g: ostendit n I || 38 dona edd. uet. | liei n || 39 saturi n | fetus G: fructus I || 40 ignitos Maehly | pruni scripsi: pruni g primi n pueri I || 41 hoc g || 42 calatis n | elidere G: illidere I || 43 Cum caua n | uendemia n || 45 Nudaque I: Rubraque G

Tum Satyri, lasciuia cohors, sibi pocula quisque  
 Obuia corripunt: quae fors dedit, occupat usus.  
 Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco,  
 Concauat ille manus palmasque in pocula uertit,  
 Pronus at ille lacu bibit et crepitantibus haurit 50  
 Musta labris; alius uocalia cymbala mergit  
 (Excipit aes potum saliensque liquore resultat);  
 Atque alius latices pressis resupinus ab uuis  
 Ebibit, inque humeros et pectora defluit humor.  
 Omnia ludus habet cantusque chorique licentes; 55  
 Et Uenerem iam uina mouent: raptantur amantes  
 Concubitu Satyri fugientes iungere Nymphas  
 Iamiamque elapsas hic crine, hic ueste retentat.  
 Tum primum roseo Silenus cymbia musto  
 Plena senex auide non aequis uiribus hausit. 60  
 Ex illo uenas inflatus nectare dulci  
 Hesternoque grauis semper ridetur Iaccho.  
 Quin etiam deus ille, deus Ioue natus ab ipso,  
 Et plantis uuas premit et de uitibus hastas  
 Integit et lynci praebet cratera bibenti. 65  
 Haec Pan Maenalia pueros in ualle docebat,  
 Sparsas donec oues campo conducere in unum  
 Nox iubet, uberibus suadens siccare fluorem  
 Lactis et in niueas astrictum cogere glebas.

46 Cum n | lassiuu g || 47 qu(a)e G: quod I | occupat *Uli-*  
*tius*: hoc capit I arripit G || 48 Cantarum g Cantharam n ||  
 49 que om. n, I pauci || 50 aurit g || 51 Multa n | uocalia (uena-  
 lia) I: uocabula G | cymbula (cimb. n) G || 52, 53 transponunt  
*inter se uet. edd.* || 52 Excipit aes potum scripsi: Excipit at potus  
 O (ac potus et ac potu I ex parte) Excipit; at potis *uulgo* |  
 saliensque liquore g: saliens liquor ore n I || 53 pressus n; num  
 pressat (u. 54 Spumeus posito)? || 54 Ebibit scripsi: Euomit G  
 Spumeus I || 55 corique G: chorosque I || 56 amanti g || 57 Con-  
 cubitum n || 59 sileneus n || 60 ausit n || 62 Externoq; g | iacho  
 n hiaco g || 63 ioue satus ab ipso g ioue prosatus ab ipso n;  
*fluctuant inter* natus ab et prosatus et pronatus I || 64 astat g ||  
 65 Ingerit I | elatera n || 68 fluorem O: liquorem I pauci | Ex-  
 plicit tertia g.

## ECLOGA QUARTA.

[Lycidas. Mopsus.]

Populea Lycidas nec non et Mopsus in umbra,  
 Pastores, calamis ac uersu doctus uterque  
 Nec triuiale sonans, proprios cantabat amores.  
 Nam Mopso Meroe, Lycidae crinitus Iollas  
 Ignis erat; parilisque furor de dispare sexu 5  
 Cogebat trepidos totis discurrere siluis.  
 Hos puer ac Meroe multum lusere furentes,  
 Dum modo condictas nitant in uallibus ulmos,  
 Nunc fagos placitas fugiunt promissaque fallunt  
 Antra nec est animus solitos ad ludere fontes. 10  
 Cum tandem fessi, quos torridus ederat ignis,  
 Sic sua desertis nudarunt uulnera siluis  
 Inque uicem dulces cantu dixere querellas.  
 M. Inmitis Meroe rapidisque fugacior Euris,  
 Cur nostros calamos, cur pastoralia uitas 15  
 Carmina? quemue fugis? quae me tibi gloria uicto?  
 Quid uultu mentem premis ac spem fronte serenas?  
 Tandem, dura, nega: possum iam uelle negantem.  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.  
 L. Respice me tandem, puer o crudelis Iolla. 20  
 Non hoc semper eris: perdunt et gramina flores,

IV. *Interuallum sine titulo in G; uarie inscribunt I ex*  
*parte* || 1 licidas G || 2 et G: ac I || 4 licid(a)e G | yolla g ||  
 5 erant *Heinsius* || post 6 g habet u. 13 (qui iterum suo extat  
 loco) || 7 luxere parentes furentes n (unde parentes *Glaeserus*)  
 || 8 Nam g | condictas I pauci: conductas O || 9 placidas (*myo*  
*placitas*) g | premissaq; n || 10 animus I: animos (s *expuncta*) g  
 arons (*m. rec. suprascr.* at animus) n, quod ex aios ortum *puta*  
 | ad ludere scripsi: adludere n alludere ceteri || 11 Cum G: Tum  
 I | torridus scripsi: durus G lusus (-xus) I | ederat O: adederat  
*uulgo* || 13 cantu dixere O: cantu duxere I ex parte | querelas  
 O || 16 uicto] luso uel spreto *Burmannus* || 17 mentem G: ueniens  
 I, ut uid. || 18 nega G: negas I | possum non uelle O; iam *pro*  
 non scripsi; non possum nolle *edd. ant.*; possum nunc uelle  
*Ulitius* || 19 leuant e. c. curas habent *exc. Par.* || 21—24 habent  
*Par. cum titulo* ad superbientem de pulcritudine || 21 hec n,



- Perdit spina rosas nec semper lilia candent  
 Nec longum tenet uua comas nec populus umbras:  
 Donum forma breue est nec se quod commodet annis.  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas. 25
- M. Cerua marem sequitur, taurum formosa iuuenca,  
 Et Uenerem sensere lupae, sensere leaenae  
 Et genus aerium uolucres et squamea turba  
 Et montes siluaeque, suos habet arbor amores:  
 Tu tamen una fugis, miserum tu prodis amantem. 30  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.
- L. Omnia tempus alit, tempus rapit: usus in arto est.  
 Uer erat, et utulos uidi sub matribus istos,  
 Qui nunc pro niuea coiere in cornua uacca.  
 Et tibi iam tumidae nares et fortia colla, 35  
 Iam tibi bis denis numerantur messibus anni.  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.
- M. Hue, Meroe formosa, ueni: uocat aestus in umbram.  
 Iam pecudes subiere nemus, iam nulla canoro  
 Guttare cantat auis, torto non squamea tractu 40  
 Signat humum serpens: solus cano. me sonat omnis  
 Silua, nec aestiuis cantu concedo cicadis.  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.
- L. Tu quoque, saeue puer, niueum ne perde colorem  
 Sole sub hoc: solet hic lucentes urere malas. 45  
 Hac age pampinea mecum requiesce sub umbra;

unde hic conicias | eris I Par: erit (herit n) G | germina  
 n | florem G (corr. in n m. rec.) || 22 Perdunt n solus ||  
 24 se quod G Par: se tibi I | commodet Par: commo-  
 dat O || 28 aereum n | uolucres et I: uolucrum et n uolucrum  
 tum g | sua mea n || 29 arbor amoris n || 30 prodis G: perdis  
 I || 31 quisque — curas om. g || 32 habent Par. | arcto g Par. ||  
 35 mares n | et G: iam I || 36 tibi bis | tribis n | deni g | messi-  
 bus I: mensibus G || 37 quod — curas abhinc semper om. g ||  
 38 uocat estus in umbram habent Par. | umbra I || 39 subiere  
 I: subeunt n subeunte g || 42 concede n || 44 Tuq; saeue n ||  
 45 solet G: sed et I | luentes n | urere G: uertito I, ut uid. ||  
 46 Hac g: Hic n I

- Hic tibi lene fluens fons murmurat, hic et ab ulnis  
 Purpureae fetis dependent uitibus uuae.  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.
- M. Qui tulerit Meroes fastidia lenta superbae, 50  
 Sithonias feret ille niues Libyaeque calorem,  
 Nerinas potabit aquas taxique nocentis  
 Non metuet sucos, Sardorum gramina uincet  
 Et iuga Marmaricos coget sua ferre leones.  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas. 55
- L. Quisquis amat pueros, ferro praecordia duret,  
 Nil properet discatque diu patienter amare  
 Prudentesque animos teneris non spernat in annis,  
 Perferat et fastus. sic olim gaudia sumet,  
 Si modo sollicitos aliquis deus audit amantes. 60  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.
- M. Quid prodest, quod me pagani mater Amyntae  
 Ter uititis, ter fronde sacra, ter ture uaporo, 63  
 Incendens uiuo crepitantes sulphure lauros, 65  
 Lustrauit cineresque auersa effudit in amnem, 64  
 Cum sic in Meroen totis miser ignibus urar? 66  
 Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.
- L. Haec eadem nobis quoque uersicoloria fila  
 Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas;  
 Cantauit, quo luna tumet, quo rumpitur anguis. 70

47 Hoc n | fluens I: uirens G (num recte?) || 47 ab ul-  
 nis I: habundans G, unde ad undas Glaeserus (conicias ab-  
 unde) || 50 tuleris g | fastida n | lenta G: longa I || 51 libiq;  
 calorem G: libycosque calores I || 52 Nerynas g | 53  
 succos n I | Sardorum G: Sardoaque I | germina uiuet n;  
 iunget Heinsius || 54 iuga — sua G: sua — iuga I || 56 curet  
 g || 57 diu | diri n || 58 annos n | speret Maehly || 59 summet G  
 || 60 solic. n | audit om. n || 63 uitis G | frondes n | thure n ||  
 ui. qui sunt in O 64 et 65 transposuit Hauptius || 65 In-  
 cendes n || 64 auersa (d supra au) n, aduersa g I ex parte || 66  
 meroem g; Meroe Heinsius | uratr n: uror g arsi I || 68 quoque  
 G: quae I | uersucoloria n || 69 micale n || 70 quo Luna Bur-  
 mannus: qua luna g quod luna n I (colubrina pauci) | timet I  
 ex parte | quo I (corrump. pauci): quod n qua g || Explicit  
 quarta g; de subscriptione in n cf. supra p. 67

Quo currunt scopuli, migrant sata, uellitur arbos.  
Plus tamen ecce meus, plus est formosus Iollas.  
Cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas.

## II.

## CYNEGETICA.

Venandi cano mille uias hilaresque labores  
Discursusque citos, securi praelia ruris,  
Pandimus. Aonio iam nunc mihi pectus ab oestro  
Aestuat: ingentes Helicon iubet ire per agros,  
Castaliusque mihi noua pocula fontis alumnus 5  
Ingerit et late campos metatus apertos  
Imponitque iugum uati retinetque corymbis  
Implicitum ducitque per auia, qua sola numquam  
Trita rotis. iuuat aurato procedere curru  
Et parere deo: uirides en ire per herbas 10  
Imperat: intacto preminus uestigia musco;  
Et, quamuis cursus ostendat tramite noto  
Obuia Calliope, facilest insistere prato  
Non placito, rudibus qua luceat orbita sulcis.  
Nam quis non Nioben numeroso funere maestam 15  
Iam cecinit? quis non Semelen ignemque iugalem  
Laetalemque simul nouit de paelicis astu?  
Quis magno recreata tacet cunabula Baccho,  
Ut pater omnipotens maternos reddere menses  
Dignatus iusti completerit tempora partus? 20

Incipit Maurelii Nemesiani Kartaginensis cynegeticon *litt. maiusc.* B M. Aurelii Nemesiani Carthaginensis cynegeticon *litt. maiusc.* C; *om.* A || 1 hylaresque B || 2 proelia A || 3 oestro B || 5 alum-  
nus *Uitius*: alumno O, quo seruato Castalique *Pithoeus*: 6 meta-  
tus A: meatus B metatur B *mg. m. rec.* C || 7 corimbis B || 8 Impl. B  
|| 10 parcere et uiridac B || 12 huc posuit *Pithoeus*: post 24  
habent O || 13 calliope B | facilest *Pithoeus*: faciles O | parto B  
|| 14 Non placito *scripsi*: Complacito O | lucet B || 15 moben B  
|| 16 cecinis B, *corr. m. rec.* || 17 Laetalemque (*in A prior a  
suppuncta*) A B | pelicis A B: pellicis C | artu B; aestu *Bur-  
mannus* || 20 completerit *uulgo*: compellere O

Sunt qui sacrilego rorantes sanguine thyrsos  
(Nota nimis) dixisse uelint, qui uincula Dirces  
Pisaeique tori legem Danaique cruentum  
Imperium sponsasque truces sub foedere primo  
Dulcia funereis mutant gaudia taedis. 25  
Biblicos indictum nulli scelus; impia Myrrhae  
Conubia et saeuo uiolatum crimine patrem  
Nouimus, utque Arabum fugiens cum carperet arua  
Iuit in arboreas frondes animamque uirentem.  
Sunt qui squamosi referant fera sibila Cadmi 30  
Stellatumque oculis custodem uirginis Ius  
Herculeosque uelint semper numerare labores  
Miratumque rudes se tollere ad aera pinnas  
Post epulas, Philomela, tuas; sunt ardua mundi  
Qui male temptantem curru Phaethonta loquantur 35  
Extinctasque canant emisso fulmine flammam  
Fumantemque Padum, Cyenum plumamque senilem  
Et flentes semper germani funere siluas.  
Tantalidum casus et sparsas sanguine mensas  
Condentemque caput uisis Titana Mycenis 40  
Horrendasque uices generis dixere priores.  
Colchidos iratae sacris imbuta uenenis  
Munera non canimus pulchraeque incendia Glauces,

21 sacrilegos orantes A B || 22 Notaninis B || 23 Pyraeique  
B Pisaei (*om. que*) A || 24 fodere B || 26 myrrae B || 27 Con-  
cubia B Connubia C | psaeuouio -latum B; foedo uel scaeuo  
*Uitius* || 30 quis qua -osi A qui qui so<sup>i</sup> (s. *suprascr. m. rec.*,  
*ut uid.*) B || 31 uiginis B || 32 num forte post 25 ponendus, cum  
numerare parum ad sequentia faciat? que A *m. rec.* C: *om.* AB  
|| 33 se tollere ad aera (*sive aethera*) *scripsi*: s&toller&acerea A  
retollere aurea B se tollere terea C; *sed gratior Terei circum-  
scriptio*; sustollere *Burmannus* (rudi s. t. T. pinna *Heinsius*) ||  
34 philomella tua sunt A philomelatu ar B; *recte* C || 35 tetan-  
tem B | curru *uulgo*: curru O | ph(a)etonta O | loquantur C ||  
36 emisso AB: e misso C | flumine B || 37 cyenum AB | palmam-  
que B || 41 Horrendaque B || 43 puchreque B | incendia *Pithoeus*:  
ingentia O

Non erinem Nisi, non saevae pocula Circes,  
 Nec nocturna pie curantem busta sororem: 45  
 Haec iam magnorum praecepit copia uatum,  
 Omnis et antiqui uulgata est fabula saeculi.  
 Nos saltus uiridesque plagas camposque patentes  
 Scrutamur totisque citi discurremus aruis  
 Et uarias cupimus facili cane sumere praedas; 50  
 Nos timidos lepores, inbelles figere dammas  
 Audacesque lupos, uulpem captare dolosam  
 Gaudemus; nos flumineas errare per umbras  
 Malumus et placidis ichneumona quaerere ripis  
 Inter harundineas segetes faelemque minacem 55  
 Arboris in trunco longis praefigere telis  
 Implicitamque sinu spinosi corporis erem  
 Ferre domum; talique placet dare lintea cursu,  
 Dum non magna ratis, uicinis sueta moueri  
 Litoribus tutosque sinus pereurrere remis, 60  
 Nunc primum dat uela notis portusque fideles  
 Linqvit et Adriacas audet temptare procellas.  
 Mox uestros meliore lyra memorare triumphos  
 Accingar, diui fortissima pignora Cari,  
 Atque canam nostrum geminis sub sinibus orbis 65  
 Litus et edomitas fraterno numine gentes,  
 Quae Rhenum Tigrimque bibunt Ararisque remotum  
 Principium Nilique uident in origine fontem;  
 Nec faceam, prima quae nuper bella sub Arcto

45 curantem A: parantem B furantem C || 46 iam om. B ||  
 48 Nos C: Non AB || 49 notisque Heinsius || 50 facile B || 51 imb.  
 C || 52 Audaces (om. que) B || 53 Gaudere amos B || 54 placidis ex  
 placidas corr. C; placidis ed. uet. Ichneumona C: sichneumona A  
 sicu humona B || 55 arund. C | faelemque B || 56 profigeret olis A,  
 telis B quoque; num. contis? || 57 Implicitamque et erem B || 58  
 cursu (= cursui) scripsi: curae O, quod non quadrat in imagi-  
 nem; cymbae Heinsius || 59 Cum Johnsonus | suaueta B || 62 Hadr.  
 C || 63 Mox C: Vox AB | triumphos B | 65 gemini Heinsius ||  
 67 Querenum B || 68 uident Johnsonus: bibunt O e u. priore  
 69 prima scripsi: primum O; intellege Sarmatiam; cf. XXXVII 1  
 in primo oriente

Felici, Carine, manu confeceris, ipso 70  
 Paene prior genitore deo, utque intima frater  
 Persidos et ueteres Babylonos ceperit arcas,  
 Ultus Romulei uiolata cacumina regni;  
 Inbellemque fugam referam clausasque pharetras  
 Parthorum laxosque arcus et spicula nulla. 75  
 Haec uobis nostrae libabunt carmina Musae,  
 Cum primum uultus sacros, bona numina terrae,  
 Contigerit uidisse mihi: iam gaudia uota  
 Temporis inpatiens sensus spretoque morarum  
 Praesumit uideorque mihi iam cernere fratrum 80  
 Augustos habitus, Romam clarumque senatum  
 Et fidos ad bella duces et milite multo  
 Agmina, quis fortes animat deuotio mentes:  
 Aurea purpureo longe radiantia uelo  
 Signa micant sinuatque truces leuis aura dracones. 85  
 Tu modo, quae saltus placidos siluasque pererras,  
 Latonae, Phoebe, magnum decus, haec age suctos  
 Sume habitus arcumque manu pictamque pharetram  
 Suspende ex humeris, sint aurea tela, sagittae,  
 Candida puniceis aptentur crura cothurnis, 90  
 Sit chlamys aurato multum subtegmine lusa  
 Conrugesque sinus gemmatis balteus artet  
 Nexibus, implicitos cohibe diademate crines.  
 Tecum Naiades faciles uiridique iuuenta  
 Pubentes Dryades Nymphaeque, unde amibus umor, 95

70 Felicia A || 71 Poene C | pater B || 72 babylonis coe-  
 perit artes B || 73 Uultus romulei et regna B || 74 imb. C || 75  
 arcus A, corr. m. rec. | muta ed. uet. || 76 uobis Pithoeus: nobis  
 O || 79 imp. C | spretoque; memoratum A spreto memoratū B;  
 recte C || 81 Augustos B || 84 Purpurea B || 86 placidas B; placi-  
 tos Heinsius || 87 Lato = e A || phoebe A phebe B | eia C || 88  
 pictamque B || 89 sunt B || 90 cothurnis AB || 91 chlamys B chla-  
 mys A | subtegmine A | luso A C || 92 Corr. B | artet C || 93  
 implicatos et diademate B || 94 naiades AB | facile B facilem  
 (s. m. rec. supra m) A || 95 driades B | anibus B | umor A:  
 humor A m. rec. B C

Adsint et docilis decantet Oreadas Echo.  
 Duc age, diua, tuum frondosa per auia uatem:  
 Te sequimur, tu pande domos et lustra ferarum.  
 Huc igitur mecum, quisquis percussus amore  
 Venandi damnas lites rabidosque tumultus 100  
 Ciuilesque fugis strepitus bellique fragores  
 Nec praedas auido sectaris gurgite ponti.  
 Principe tibi cura canum non segnus ab anno  
 Incipiat primo, cum Ianus, temporis auctor,  
 Pandit inocciduuum bisseis mensibus aeuum. 105  
 Elige tunc cursu facilem facilemque recursu,  
 Seu Lacedaemonio natam seu rure Molosso,  
 Non humili de gente canem, sit eruribus altis,  
 Sit rigidis, multamque trahat sub pectore lato  
 Costarum sub fine decenter prona carinam, 110  
 Quae sensim rursus sicca se colligat aluo,  
 Renibus ampla satis ualidis diductaque coxas,  
 Cuique nimis molles fluitent in cursibus aures.  
 Huic parilem summitte marem, sic omnia magnum,  
 Dum superant uires, dum laeto flore iuuentas 115  
 Corporis et uenis primaueis sanguis abundat.  
 Namque graues morbi subeunt segnisque senectus  
 Inualidamque dabunt non firmo robore prolem.  
 Sed diuersa magis feturae conuenit aetas:  
 Tu bis uicenis plenum iam mensibus aeraem 120  
 In Uenerem permitte marem; sit femina, binos

96 dociles B (A m. rec. corr.) | decantet Oreadas uulgo: dicant  
 oreades AB decantet oreades C || 98 domos C: dolos A solos B || 99 Huc  
 Ulitius: Hinc O | mecum A m. rec. C: metum AB || 100 rabi-  
 dosque (uel pauidosque) Ulitius: audidosque O | tumultos B ||  
 101 strepidus A, corr. m. rec. || 102 auido A C: auide B auidus uulgo ||  
 103 signis abanni B | 104 iuus B | 107 lacedem. AB | moloso B  
 || 109 rigidus B | suppectore A || 112 deductaque BC || 104 sum-  
 mitte A: sumite B submitte C | sicoma AB || 115 laeto B | iu-  
 uenta B || 116 primę uis B primaueis (u m. rec. supra alt. i) A  
 primauei C | habundat B || 118 robore A: robore B corpore C  
 119 Si B | feturae B || 121 promitte B

Quae tulerit soles. haec optima cura iugandis.  
 Mox cum se bina formarit lampade Phoebe  
 Ex quo passa marem genitalia uiscera turgent, 125  
 Fecundos aperit partus matura grauedo,  
 Continuo largaque uides strepere omnia prole.  
 Sed, quamuis audus, primos contemnere partus  
 Malueris; mox non omnes nutrire minores.  
 Nam tibi si placitum populosos pascere fetus,  
 Tam macie tenues suciue uidebis inanes 130  
 Pugnantesque diu, quisnam prior ubera lambat,  
 Distrahere inualidam lassato uiscere matrem.  
 Sin uero haec cura est, melior ne forte necetur  
 Abdaturae domo, catulosque probare uoluntas,  
 Quis nondum gressus stabiles neque lumina passa 135  
 Luciferum uidere iubar, quae prodidit usus  
 Percipe et intrepidus spectatis annue dietis.  
 Pondere nam catuli poteris perpendere uires  
 Corporibusque leues grauibus praenosceres cursu.  
 Quin et flammato ducatur linea longe 140  
 Circuitu signetque habilem uapor igneus orbem,  
 Impune ut medio possis consistere circo:  
 Huc omnes catuli, huc indiscreta feratur  
 Turba: dabit mater partus examen, honestos  
 Iudicio natos seruans trepidosque periclo. 145

122 iugandi B || hic in O secuntur 224—230, quos traiecit  
 Hauptius (Schradero obs. p. 86 sqq. uiam praemonstrante) || 123  
 renouarit Heinsius | lamphade phebe B | 125 Foec. C | 126  
 streperae B | 127 contemnere A B | 129 fetus B foetus C ||  
 130 tenues (i supra alt. e) B | suciue BC | manes (i supra m) B  
 131 quisnam C: quis non A B (in hoc t qui supra quis) || 133  
 Sin., autem haec cura., tibi est melior B || 135 gressu C | stabilis  
 B | lumine (t a supra e) passo (t a supra o) B; pansa Hein-  
 sius || 137 adue C || 138 poteris B || 139 que A m. rec. C: om. AB  
 | cursus B, Ulitius || 141 Circuitusign& A Circuitus igne& B  
 omissio que, quod recte addit C || 142 Imp. A C | ut Johnsonus:  
 in O || 144 examen O: examine uulgo || 145 Iudicio B; Exitio  
 Scaliger | trepidosque scripsi: trepidoque O

Nam postquam conclusa uidet sua germina flammis,  
 Continuo saltu transcendens feruida zonae  
 Uincla, rapit rictu primum portatque cubili,  
 Mox alium, mox deinde alium. sic conscia mater  
 Segregat egregiam subolem uirtutis amore. 150  
 Hos igitur genetrice simul iam uere sereno  
 Molli pasce sero (passim nam lactis abundans  
 Tempus adest, albent plenis et ouilia mulctris),  
 Interdumque cibo Cererem cum lacte ministra,  
 Fortibus ut sucis teneras complere medullas 155  
 Possint et ualidas iam tunc promittere uires.  
 Sed postquam Phoebus candentem feruidus axem  
 Contigerit tardasque uias cancrique morantis  
 Sidus init, tunc consuetam minuisse saginam  
 Profuerit tenuesque magis retinere cibatus, 160  
 Ne grauis articulos deprauet pondere moles.  
 Nam tum membrorum nexus nodosque relaxant  
 Infirmosque pedes et crura natantia ponunt,  
 Tunc etiam niueis armantur dentibus ora.  
 Sed neque conclusos teneas neque uincla collo 165  
 Inpatiens circumdederis noceasque futuris  
 Cursibus imprudens. catulis nam saepe remotis  
 Aut uexare trabes, laceras aut mandere ualuas  
 Mens erit, et teneros torquent conatibus artus  
 Obtunduntue nouos adrosó robore dentes. 170  
 Aut teneros duris impingunt postibus unguis;  
 Mox cum iam ualidis insistere cruribus aetas  
 Passa, quater binos uoluens ab origine menses,

146 conclausa A || gremina B || 147 salturans cendens B ||  
 148 port&que B || 150 sobolem B || 151 genetrice B C || 152 ha-  
 bundans B || 154 cibos *Heinsius*; *malim* nouo || 155 succis C || 157  
 Sed AB: Sunt C || 158 morantes B || 161 Nec A | deprauet C:  
 degrauet A B | podere B || 163 nutantia B || 165 conclausos AB  
 || 166 Imp. A C | circumdederis B || 167 impr. C || 168 uexet rabies  
 B | mandere *Heinsius*: pandere O | ualuas C: nuluas A B || 170  
 not ≡ os (h *supra ras. m. rec.*) A || 171 infringunt *Heinsius* || 172  
 cum iam *uulgo*: iam cum O

Inlaesis catulos spectauerit undique membris,  
 Tunc rursus miscere sero Cerealia dona 175  
 Conueniet fortemque dari de frugibus escam,  
 Libera tunc primum consuescant colla ligari  
 Concordes et ferre gradus clausique teneri.  
 Iam cum bis denos Phoebe reparauerit ortus,  
 Incipe non longo catulos producere cursu, 180  
 Sed paruae uallis spatium saeptouae nouali.  
 His leporem praemitte manu, non uiribus aequis  
 Nec cursus uirtute parem, sed tarda trahentem  
 Membra, queant iam nunc faciles ut sumere praedas.  
 Nec semel indulge catulis moderamina cursus, 185  
 Sed donec ualidos etiam praeuertere suescant  
 Exerceto diu, uenandi munera cogens  
 Discere et emeritae laudem uirtutis amare.  
 Nec non consuetae norint hortamina uocis,  
 Seu cursus reuocent, inbeant seu tendere cursus. 190  
 Quin etiam docti uictam contingere praedam  
 Exanimare uelint tantum, non carpere sumptam.  
 Sic tibi ueloces catulos reparare memento  
 Semper et in paruos iterum protendere curas.  
 Nam tristis morbi, scabies et sordida uenis 195  
 Saepe uenit multamque canes discrimine nullo  
 Dant stragem: tu sollicitos impende labores  
 Et sortire gregem suffecta prole quotannis.  
 Quin acidos Bacchi latices Tritonide oliuo  
 Admiscere decet catulosque canesque maritas 200  
 Unguere profuerit tepidoque ostendere soli,

174 catulis A | spectauerit *Johnson*: spectaueris O || 175  
 miserere B || 176 dare B | aescam AB || 179 phoebe A phere-  
 parauerit B || 181 septoque B septouae C || 182 praemite manu  
 B || 183 s& B || 184 sumere AB || 185 Nec C: Ne AB | modera-  
 mine O, *corr. Heinsius* || 187 munera *Uitius*: munere O (numere  
 B) || 191 Quam B || 192 Examinare B | carperae suptam B || 193  
 Sit, *suprascr.* † sic, B || 195 tristis (-cis B) O || 197 imp. C || 198  
 subfecta C || 199 occidos B | oliuo O: oliua *uulgo* || 201 Ungere B

Auribus et tineas candenti pellere cultro.  
 Est etiam canibus rabies, letale periculum.  
 Quod seu caelesti corrupto sidere manat,  
 Cum segnes radios tristi iaculatur ab aethra 205  
 Phoebus et attonito pallens caput exserit orbe  
 (Sed magis, ignicomi candentia terga leonis  
 Cum quatit, hoc canibus blandis inuiserat aestus),  
 Exhalat seu terra sinu, seu noxius aer  
 Causa mali, seu cum gelidus non sufficit umor 210  
 Torrida per uenas concresecunt semina flammae:  
 Quicquid id est, imas agitatur sub corde medullas  
 Inque feros rictus nigro spumante ueneno  
 Prosilis, insanos cogens infigere morsus.  
 Disce igitur potus medicos curamque salubrem. 215  
 Tunc uirosa tibi sumes multumque domabis  
 Castorea, attritu silicis lentescere cogens;  
 Ex ebore hac trito puluis sectouae feratur,  
 Admiscensque diu facies concresecere utrumque:  
 Mox lactis liquidos sensim superadde fluores, 220  
 Ut non cumctantes haustus infundere cornu  
 Inserto possis Furiasque repellere tristes  
 Atque iterum blandas canibus componere mentes.  
 Sed non Spartanos tantum tantumue Molossos  
 Pascendum catulos: diuisa Britannia mittit 225  
 Ueloces nostrique orbis uenatibus aptos.  
 Nec tibi Pannonicae stirpis temnatur origo,

202 tinias A|B | candenti A, corr. m. rec. || 203 laetale (o supra pr. a m. rec.) A | letale B || 204 coel. C | manant A || 205 iaculantur C || 206 adt. B | exserit B C | orbi *Burmmanus* || 207 Sed *scripsi*: Seu O | ignocomi = (*crasa s*) B || 208 hoc | hos *Scaliger* || 209 puto Exhalans | sinu *Scaliger* sinus O | sue B || 210 humor A m. rec. B C || 212 id est imas A m. rec. C: id imas A & (*supraser.* t c) audimas B || 215 medicus (t os *supra us*) B || 216 sumas m. donabis B || 217 attritu, *prima t supra lin.*, B adtr. C | scilicis B || 218 Exebreo B || 219 faties B || 222 posis B || 224—230 post 122 in O || 124 spartanos C: partanos (h m. rec. supra ta) A parthanos B | molosos AB, corr. in A m. rec. || 227 temnatur A B

Nec quorum proles de sanguine manat Hiberno.  
 Quin etiam siccae Libyes in finibus acres  
 Gignuntur catuli, quorum non spreueris usum. 230  
 Quin et Tuscorum non est extrema uoluptas  
 Saepe canum. sit forma illis licet obsita uillo  
 Dissimilesque habeant catulis uelocibus artus,  
 Nam tamen iniocunda dabunt tibi munera praedae,  
 Namque et odorato noscunt uestigia prato 235  
 Atque etiam leporum secreta cubilia monstrant.  
 Horum animos moresque simul naresque sagaces  
 Mox referam; nunc omnis adhuc narranda supellex  
 Uenandi cultusque mihi dicendus equorum.  
 Cornipedes igitur lectos det Graecia nobis 240  
 Cappadocumque notas referat generosa propago  
 Armata et palmas nuper grex omnis auorum.  
 Illis ampla satis leui sunt aequora dorso  
 Immodicumque latus paruaequae ingentibus alui,  
 Ardua frons auresque agiles capitisque decori 245  
 Altus honos oculique uago splendore micantes,  
 Plurima se ualidos ceruix resupinat in armos,  
 Fumant umentes calida de nare uapores,  
 Nec pes officium standi tenet, ungula terram  
 Crebra ferit uirtusque artus animosa fatigat. 250  
 Quin etiam gens ampla iacet trans ardua Calpes  
 Culmina, cornipedum late fecunda proborum.  
 Namque ualent longos pratis intendere cursus,

229 libiaes B Lybies C || 230 Gignuntur (t cinguntur *supraser.*) B || 231 uoluptas B || 232 sit *Barthius*: est O | froma B | uallo A, corr. m. rec. || 234 prede B: praeda AC || 235 hodorato B || 236 Adque A | conabula B || 237 Honorum B || 238 supellex A || 239 aequorum B || 240 Graecia C: gratia AB || 242 *corruptus*; Armenti et palmas numeret *Gronouius*, alii alia || 243 leuis sunt aequora dorsi B || 244 prauisque ingenibus aluis B || 245 capitisque decori *scripsi*: capitisque decoris A captuque decoris B capitiue decoro C || 246 splendore B || 247 s = e (*post e m. rec. supra lin. u add.*) A seu B | resupinat B || 248 hum. C || 250 uirtutisque B || 252 cornipedum B | secunda B foec. C || 253 parthis B | incendere AB | currus B

Nec minor est illis Graio quam in corpore forma,  
 Nec non terribiles spirabile flumen anheli 255  
 Prouoluunt flatus et lumina uiuida torquent  
 Hinnitusque cient tremuli frenisque repugnant,  
 Nec segnes mulcent aures, nec crure quiescunt.  
 Sit tibi praeterea sonipes, Maurusia tellus  
 Quem mittit (modo sit gentili sanguine firmus) 260  
 Quemque coloratus Mazax deserta per arua  
 Paut et assiduos docuit tolerare labores.  
 Nec pigeat, quod turpe caput, deformis et aluus  
 Est ollis quodque infrenes, quod liber uterque,  
 Quodque iubis pronos ceruix deuerberet armos. 265  
 Nam flecti facilis lasciuaque colla secutus  
 Paret in obsequium lentae moderamine uirgae:  
 Verbera sunt praecepta fugae, sunt uerbera freni.  
 Quin et promissi spatiosa per aequora campi  
 Cursibus adquirunt commoto sanguine uires 270  
 Paulatimque auidos comites post terga relinquunt.  
 Haud secus effusis Neri per caerula uentis,  
 Cum se Threicius Boreas superextulit antro  
 Stridentique sono uastas exterruit undas,  
 Omnia turbato cesserunt flamina ponto: 275  
 Ipse pater fluctus spumanti murmure feruens

268: Ausonius grat. act. 27: 'mirabamur poetam, qui infrenos dixerat Numidas (*Verg. Aen. IV 41*), et illum alterum, qui ita collegerat ut diceret in equitando uerbera et praecepta esse fugae et praecepta sistendi.'

255 terribilis spiritale B | flumen C: numen AB | anhelae O, corr. *Ulitius* || 256 saltus B || 258 Haec A m. 1 || 259 macrus tellus B || 261 coloratur AB, corr. in A m. rec. | Mazux *Salmasius* || 264 infren = es A frenies B | liber om. B || 265 que om. B | deuerberet AB: diuerberet C euerberat *Burmannus* (iubas pronis — armis *Johnsonus*) || 266 lasciuiaque B | sequutus C || 269 promisi B; permissi *Heinsius* || 271 terga, t *supra lin. add.*, B; num post terga? | relinquunt B (*pro* relinunt) || 272 neri A: nerei A m. rec. corr. BC || 273 threicius B || 276 pater fluctus (*id est Neptunus*) scripsi: super fluctus O | marmore *Heinsius*

Conspicuum pelago caput eminet, omnis euntem  
 Nereidum mirata suo stupet aequore turba.  
 Horum tarda uenit longi fiducia cursus,  
 His etiam emerito uigor est iuuenalis in aeuo. 280  
 Nam quaecumque suis uirtus bene floruit annis,  
 Non prius est animo quam corpore passa ruinam.  
 Pasce igitur sub uere nouo farragine molli  
 Cornipedes uenamque feri ueteresque labores 285  
 Effluere aspecta nigri cum labe cruoris.  
 Mox laetae redeunt in pectora fortia uires  
 Et nitidos artus distento robore formant;  
 Mox sanguis uenis melior calet, ire uiarum  
 Longa uolunt latumque fuga consumere campum.  
 Inde ubi pubentes calamos durauerit aestas 290  
 Lactentesque urens herbas siccauerit omnem  
 Messibus umorem culmusque armarit aristas,  
 Hordea tum paleasque leues praebere memento:  
 Puluere quin etiam puras secernere fruges  
 Cura sit atque toros manibus percurre equorum, 295  
 Gaudeat ut plausu sonipes laetumque relaxet  
 Corpus et altores rapiat per uiscera sucos.  
 Id curent famuli comitumque animosa iuuentus.  
 Nec non et casses idem uenatibus aptos  
 Atque plagas longoque meantia retia tractu 300  
 Addiscant raris semper contexere nodis  
 Et seruare modum maculis linoque tenaci.  
 Linea quin etiam, magnos circumdare saltus

277 Conspicuum pelato A, corr. m. rec. | eminet B || 278 Nereidum C: Naidum AB || 279 om. B || 280 uirgo est B | iuuenalis C || 282 passa *uulgo*: posse O || 283 feuragine B || 284 Cernip. A, corr. m. rec. | uapores *Heinsius* || 285 Effluere B | tabe *ed. uet.* || 286 laete C || 287 robure B || 290 Indubi B || 291 Lactantesque A m. rec. C | uirens haerbas B || 292 humorem A m. rec. C | aestas (*mgo* f aristas) B || 293 Ordea C | pa = leasque A || 295 toros manibus *ita ut r et m a m. rec. correctae sint* A toto scenibus B || 296 plauso B || 297 uiscere succos B || 299 hisdem B iidem C || 300 recia B || 301 Atdiscant B | contraxere B || 303 Linea. B

Quae possit uolucresque metu concludere praedas,  
 Digerat innexas non una ex alite pinnas. 305  
 Namque ursos magnosque sues ceruosque fugaces  
 Et uulpes acresque lupos ceu fulgura caeli  
 Terrificant linique uetant transcendere saeptum.  
 Has igitur uario semper fucare ueneno  
 Curabis niueisque alios miscere colores 310  
 Alternosque metus subtegmine tendere longo.  
 Dat tibi pinnarum terrentia milia uultur,  
 Dat Libye, magnarum auium fecunda creatrix,  
 Dantque grues cynique senes et candidus anser,  
 Dant quae fluminibus crassisque paludibus errant 315  
 Pellitosque pedes stagnanti gurgite tingunt.  
 Hinc mage puniceas natiuo munere sumes:  
 Namque illic sine fine greges florentibus alis  
 Inuenies auium suauique rubescere luto  
 Et sparsos passim tergo nernare colores. 320  
 His ita dispositis hiemis sub tempus aquosae  
 Incipe ueloces catulos inmittere pratis,  
 Incipe cornipedes latos agitare per agros.  
 Venemur dum mane nouum, dum mollia prata  
 Nocturnis calcata feris uestigia seruant. 325

307 fulgora. **A** | coeli **C** || 308 septum **O** || 310 Curabis (*uel*  
 Curato) *Hauptius*: Cura tibi **O** Curam athibe *Lachmannus* ||  
 301 tendere *Ulitius*: tempore **O** || 313 libye **A** libie **B** Lybie **C** |  
 focc. **C** || 314 grues **B** | cynique **A B** | anser **B** || 317 Huic magne  
**B** | murice *Barthius* || 322 partis **B** || 324 mollia **B** || Finit. m.  
 aurelii nemesiani Kartaginiensis cynegeticon *litt. maiusc. A*  
*itemque (nisi quod Karthaginensis) C* uersus codicis. CCC. XX.  
 V. auz recte numerorimant: ~ *litt. maiusc. B*

## III. FRAGMENTA.

1. *Lactantius ad Statii Theb.* 5, 389: Abiunctis quidam hyphen legunt, diuisis. sic in Olympio 'ab- iungere Luna Iunices.' cui contrarium est coniungere.

2. *Idem ad Theb.* 2, 58: Philosophi lunam terram esse dicunt, quae circa nostrum hoc solum circulo altiore suspensa est. haec autem omnia corpora maiora [*ita codd.: om. uulgo.*] gignit, utpote quae uicina sit caelo. poetae denique omnes asserunt leonem de his polis ortum, quem Hercules prostrauit, ut etiam Olympus [*Olympius Wernsdorfius*] ait, quare [*quasi uulgo*] proximus sit terris et ultimus.

## IV. UERSUS DE AUCUPIO.

Et tetracem, Romae quem nunc uocitare taracem  
 Coeperunt. auium est multo stultissima. namque  
 Cum pedicas necti sibi contemplauerit adstans,  
 Immemor ipse sui tamen in dispendia currit.  
 Tu uero adductos laquei cum senseris orbes 5  
 Appropera et praedam pennis crepitantibus aufer.  
 Nam celer oppressi fallacia uincula colli  
 Executit et rauca subsannat uoce magistri  
 Consilium et laeta fruitur iam pace solutus.  
 Hic prope Peltinum ad radices Apennini 10

*Gybertus Longolius in dialogo de auibus (Coloniae excudebat Io. Gymnicus a. 1544) p. E 2<sup>a</sup> scribit: Nemesiani poetae autoritas, qui de aucupio Latinis uersibus conscripsit, me in hanc sententiam perduxit (tetracem esse urogallum). descripserat autem furtim in bibliotheca porcorum Saluatoris Bononiensis uersus aliquot Hieronymus Boragineus Lubecensis, magnae spei adolescens, cum quo Bononiae et Ferrariae aliquandiu communi uita uixi: ex iis ego quosdam cum opus erit historia, tibi recitabo (secuntur 1—18) || 2 namque C. Gesnerus: nunquam Longolius || 10 Pelt(u)inum Buechelerus: Peltinum Longolius Pontinum Ulitius | ad addidi: om. Longolius et Hauptius radibus Buechelerus*



Nidificat, patulis qua se sol obicit agris,  
 Persimilis cineri dorsum, maculosaque terga  
 Inficiunt pullae cacabantis imagine notae.  
 Tarpeiae est custos arcis non corpore maior  
 Nec qui te uolucres docuit, Palamede, figuras. 15  
 Saepe ego nutantem sub iniquo pondere uidi  
 Mazonomi puerum, portat cum prandia, circo  
 Quae consul praetorue nouus construxit ouanti.

Cum nemus omne suo uiridi spoliatur honore  
 Fultus equi niueis siluas pete protinus altas 20  
 Exuuuis: praeda est facilis et amoena scolopax.  
 Corpore non Paphiis aibus maiore uidebis.  
 Illa sub aggeribus primis, qua proluit humor,  
 Pascitur, exiguos sectans obsonia uermes.  
 At non illa oculis, quibus est obtusior, etsi 25  
 Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat:  
 Impresso in terram rostri mucrone sequaces  
 Vermiculos trahit et nili dat praemia gulae.

11 obicit *Longolius* || 12 collum *Gesnerus* || 13 notae] guttae *Uliti* || 17 Mazonomi *Gesnerus*: Mazonoim *Longolius* | circo *Burmannus*: circo *Longolius* | 19—28 *idem F 2<sup>a</sup>* (*de ascalopa*): Nemesianus scolopacem cum Herodiano appellat, et huius uenationem mox post otidem quibusdam notis similem statim describit. Aristoteles illius pennas attageni similes plane asseuerat. magnitudine gallinulae, rostro longo, cursu celeri, addit et *φιλάνθρωπον* esse. Nemesianus columbae quantitatem illi assignat, rostrum oppido quam longum, oculos pro corporis mole uastiores, obtusum oculorum uisum. Herodianus syluestrem perdicem interpretatur. Nemesiani uersus, si quis expetit, sunt: || 20 siluas *Longolius* || 21 facilis praeda est et amoena *Riesius* || 28 atque gulae d. pr. uili *Wernsdorffius* et dat uilia pr. g. *Riesius* || *idem Longolius* *habet fol. B<sup>a</sup>* Neque hoc mirandum est, cum uideamus Aristotelem et Aelianum apud Graecos, Romanorum uero Plinium et Nemesium (*sic*) nulla in naturae parte describenda ieiuniores quam in auium historia.

## XXXIII.

## CATONIS DISTICHA.

Ex magna collectione distichorum moralium, quae saeculo p. Chr. n. tertio\*) in scholarum ut uidetur usum conscripsit Cato quidam (neque enim nomen ipsum efflictum puto, sed potius effingendi materiam praebuisse aeuo posteriori), aetatem tulerunt lacerae reliquiae. sub finem saeculi quarti sylloge illa hominum litteratorum manibus fuit trita teste Vindiciano archiatrorum comite in epistula ad Valentinianum Imp. [cf. ad dist. II 22, 2]. nec medio deinde aeuo fauorem illum elanguisse docent et Columbanus, qui in saeculi VI et VII confinio inde carmen suum monostichon fere totum compilauit [cf. infra p. 213], et porro Carolus Magnus (siue potius Alcuinus) in quodam opusculo Catonis uersus commemorans [cf. ad dist. II 31]. hoc autem imperatore regnante doctus quidam nouam instituit distichorum editionem additis in singulos libros prologis. nam ut uersiculi illi, qui libris II et III et IV sunt praefixi, ex consentienti doctorum opinione ab ipso poeta profecti non sunt

\*) certe ante Constantinum Magnum uixisse Catonem nostrum euicit *Cannegieterus* p. 437 editionis *Arntzenianae*. Scaligero autem auctore cur Commodi potius et Seueri imperio uindicemus eundem quam temporibus posterioribus, nulla adest causa.

sed medio debentur aevo (in memoriam mihi reuocauerunt Iacobi carmen supra p. 103 sq. exhibitum), ita et praefationem cum sententiolis subiectis tum libro I praepositam puto ab eodem grammatico, qui prisci Catonis Censorii ad filium praepcepta recordans epistolam finxit et sententiolas aliunde sumpsit (nam fuisse illis temporibus circumlatas gnomas prosaicas ad ueterem Catonem relatas constat: cf. Woelfflinus Philol. IX 681 sq. et in program. Erlangensi a. 1878), cum eiusdem qui disticha scripsit esse putaret. sed quo diligentius aevo Carolingico lectitabatur, eo magis corrupta turbata decurtata euasit collectio, ut quam Columbanus (ut certo sumere licet) adhuc integram legit eadem iam saeculo octauo exeunte uasta esset fragmentorum moles, quamquam etiam tunc expers saeuae deprauationis postea inuectae. quam conditionem nobis aperit liber distichorum hodie quidem antiquissimus idemque pretiosissimus, scilicet

A, codex bibliothecae capitularis Veronensis 163 saeculo IX ineunte exaratus, qui post Claudianum et carmen de aue Phoenice fol. 30 usque ad finem disticha exhibet hoc ordine: titulum *Incp. dicta marci catonis ad filium suum* et praefationem, quam praestat perspicuitatis gratia integram adscribere: *Dum aduerterem plurimos grauitate murum errare succurrendum opioni (opinionem m. 2) eorum consulendum famae aestimari maxime istis gloriose uiuere et honeste mori contingere quae ista facienda atque imitanda esse perscripsi ut facti eorum uita cognoscaes. igitur praepcepta is legat qui intellegit. legere enim et non intellegere neglegere est, hanc igitur praefationem excipiunt sententiolae (ita: 1—3, 7—13, 16—18, 20—23, 5, 6, 24, 25, 37, 38, 57, 39—41, 30, 45, 26—29, 54, 52, 32—34, 55, 46—48, 50, 51, 42, 35, 36, 14, 15), tum disticha ipsa: I 2; I 8 et 9; IV 23; I 10; I 13 et 14; Append. 3 et 4; I 12; Append. 5; IV 24 et 25; II 8; I 28; I 15—27;*

Append. 6; I 30 et 31; Append. 7 cum I 32, 2 coniunctus; *Expl. lib. pri. incp. lib. sec.*; praef. libri II; IV 11; II 17 et 18; II 19, 1 et IV 30, 1 coniuncti; II 20 et 21; Append. 8; II 22; IV 29, 2; *Exp. lib. sec. inc. lib. tertii.* IV 30, 2; II 23—25; II 26, 1 et 27, 1; II 10; IV 31—33; II 28; IV 36; IV 35; II 29; II 31; III 1; praef. libri IV; Append. 9; *Expl. lib. III. inc. lib. IIII*; praef. libri III; III 2—5; IV 37; III 6 et 7, 1, in quo desinit codex. uides, librum cetera egregium optimasque lectiones multas seruantem et excerpta pro totius ambitu modica exhibere et in ordine distichorum summas prae se ferre turbas; quamquam cum etiam ceteri libri genuinum ordinem non seruauerint, quanta sit Veronensis scribae culpa diiudicari nequit. disseruit de hoc libro eiusque apographon primus exhibuit C. Schenkelius in gymnas. Austriac. annal. a. 1873 p. 485 sqq. [dissertationem C. Cipollae in Itolorum 'Rivista di filologia' a. 1880 p. 517 sqq. nondum uidi].

In tali autem statu cum disticha tum temporis circumferrentur, mirandum non est quod fere circa idem saeculi IX initium qui opem ferret extitit. hic quam speciem formamque distichis dedit, ea in uniuersum quidem mansit per medii aevi saecula insecuta habeturque in codicibus qui quidem adhuc innouerunt omnibus\*). et primum quidem disticha sede incerta

\*) unus Scaliger habuit codicem eiusdem atque A praestantiae. scribit ille: 'in libro uetustissimo Simeonis Bosii, iuridici Lemouicensis, titulus ita conceptus erat: *Dionysii Catonis disticha de moribus ad filium.* solus ille codex bonae notae repertus est memoria nostra. reliqui ut sequiorum saeculorum ita mendosiores'. non licet, puto, Scaligero haec diserte testanti negare fidem, ut fecerunt multi. nam et illud in titulo additum (a grammatico Carolingico) *ad filium*, quod nisi in antiquissimis codd. A et B non apparet, librum illum re uera uetustissimum fuisse ostendit. a Scaligero autem, quem ex generoso saeculi sui more nihil accuratius retulisse dolemus, conlationem accepisse puto Scriuerium; hunc enim membranam

errantia in certum redegit ordinem; sed in ea opera codicis usus libri **A** simillimo, ut suspicor, genuinum ordinem restituere neque potuit neque uero uoluit. nam ut omisit quae minus sibi placerent (cf. quae ex **A** prodierunt), ita multa detruncata et iam monostichorum uice fungentia recidit abiecitque. deinde uerba tradita ita inmutauit ut non solum corrupta studeret sanare, sed etiam quae gentilem sentiendi consuetudinem prae se ferrent ad christianae religionis praescripta transmutaret. hanc recensionem, uulgarem deinde textum factam, hodie quidem repraesentant duae codicum classes, quarum prioris meliorisque fragmentum extat:

**B**, codex Matritensis [Cajon 14 Nr. 22, 40] saec. IX, qui fol. 75 et 76 (de ceteris cf. Partschius ad Corrippum p. l. sq.) disticha praebet usque ad I 27, 1. ceterum notanda est in hoc codice Hispanico scriptura 'quum', de qua cf. Fr. Ruehlius act. societ. philol. Lips. IV p. 376 sqq. et H. Hagenus mus. Rhen. 34, 501; eadem etiam bis terue in **E** conspicua saepiusque in **F** in 'cum' correcta. quodsi in codicis Parisini 8320 saec. X titulo Cato audit 'Cordubensis' [cf. Hauthal praef. p. V], equidem mirum attributum ad tenuem Hispanicam huius codicum familiae originis memoriam rettulerim. — Matritensis libri apographum, quod extat in codice Berolinensi L. F. 448, V. Rose beniuole mihi utendum transmisit.

Ceterum optandum est fore ut eiusdem generis

adhuisse praeclearam, ex ea una re fit manifestum quod solus distichon nostro tempore ex **A** protractum Append. 9 in sua habet editione.\* sed frustra num etiam nunc alicubi Scaligeri Scriuerique cartae ad Catonem spectantes latitent circumspexi. quid quod ne ipsam quidem Scriuerii editionem (a. 1646 Amstelodami teste Arntzenio praef. p. XXII excusam typis), quamquam in sex Batauorum bibliothecis praecipuis quaesitam nancisci licuit? agnoscisne illius 'habent sua fata libelli' ueritatem?

liber integer ex Hispaniae aliqua bibliotheca in lucem protrahatur; nam egregiae aliquot lectiones, quas fragmentum **B** suppeditat, demonstrant quantum ex integro exemplari lucis sit exorturum distichis eis quae in **A** non extant; nam huius similem librum aliquando erutum iri uix licet sperare.

Ab alio quodam recensionis modo adumbratae exemplari deteriore originem repetunt libri, ut nunc sunt res, plenam collectionem nobis suppeditantes hae:

**C**, codex Turicensis 78 saec. IX supra p. 105 descriptus, fol. 96—103 Catonem continens. qui ut cognatis suis, de quibus statim dicam, paulo inferior est eo quod plurimis locis corrector primae manus lectiones oblitterauit, ita notabilis est quam maxime additamentis quibusdam ex diuerso plane codice sumptis. ex quo librarius et post II 2, 1 christianae uersus conformationi subiecit ueterem ethnicam et inter II 4 et II 5, porro post II 7, 1 pannos inseruit ut nota plura ita pauca noua disticha praebentes [cf. l. l. appar. crit.]: nimirum aderant etiam tum uetusta distichorum exemplaria, confirmantque panni illi id quod liber **A** docet, partem tantum collectionis pristinae in nouam recensionem esse receptam. praeter meam collationem adhibui apographon Turicensis a Zarnckio in libri sui 'der deutsche Cato' [Lipsiae 1852] p. 174 sqq. datum. cum **C** plane gemellus est:

**D**, codex scholae medicinalis Montepessulanae 306 saec. IX fol. 11—13, de quo nuper disputauit L. Fontainius in Gallorum annalibus laete efflorescentibus 'Revue de philologie' a. 1880 p. 177 sqq. (sed ut locis nonnullis non recte eius scripturas adferret) quemque intercedente summo Batauorum a rebus externis ministerio huc transmissum ipse Groningae contuli. — ex hoc descriptus est Catonis textus in Vossiani L. Q. 33 saec. X foliis 156—159 accurate a me ante excussis obuius.

**E**, codex Vossianus L. Q. 86 saec. IX in uol. IV accuratius describendus fol. 84—86, cuius uarias lectiones iam exhibuit H. J. Muellerus in 'symbolis ad emendandos scriptores latinos' (program. Berolin. a. 1876). ipse contuli.

**F**, codex Ambrosianus C 74 sup. olim Bobiensis saec. X in fine (de ceteris cf. Peyron, Cicer. fragm. p. 176) Catonem habens. ipse excussi.

Hi quattuor libri (inter quos ex una parte **C D**, ex altera **E F** artius cohaerent), modo numquam a prima manu recedas, consensu suo fideliter illud ex quo fluxerunt exemplar reddunt. sed eae quas in **C E F** manus altera multis locis intulit correcturae haud raro insipidae indicio sunt quam numquam medio aeuo in his distichis studium textum planum restituendi defatigatum sit. iam ceteri codices, quorum inde a saeculo X non paruus pullulauit numerus, in uniuersum ita cum **C D E F** congruunt ut ad idem cum his exemplar non redire non possint, sed eam ob causam sunt posthabendi quod textum familiae suae iam non purum sed correcturis illis saepius rarius receptis inquinatum praebent; certe nullum inueni qui aequae ac quattuor illi adhibiti per omnia id ipsum seruauerint quod communem fontem habuisse artis diplomaticae ratio aperit. itaque abieci codices Reginensem 1560 saec. X a me excussum\*), Reginenses 1578 saec. X et 2078

\*) memoria dignus est hic liber eo nomine quod Remigii in Catonem commentarium (fol. 137 sqq.) sterilissimum exhibet ab hisce uerbis excipientem: *Tria sunt requirenda in initio uniuscuiusque libri: persona uidelicet, locus et tempus. sed istius Catonis persona ignoratur, quamuis nomen sciatur. duos Catones legimus fuisse, unum Uticensem ab Utica ciuitate, ubi mortuus fuit, alterum Censorium; sed neuter illorum fuit iste Cato. locus in eo cognoscitur, quia scimus cum Romanum fuisse; tempus, quia moderno tempore fuit post Virgilium et Lucanum, unde ex illorum labris sumpsit exempla. scripsit autem hunc librum ad filium suum, insinuans ei rationem bene uiuendi.*

saec. IX—X a Mauio mihi conlatos ex parte, Cottonianum [Vesp. D. VI] saec. X—XI in scriptura saxonica; abieci etiam libros Parisinos a Hauthalio [edit. Berolin. a. 1869] in usum uocatos; ex quibus nullus aetate antecedit saeculum X, mentione dignus est unus 2772 saec. X—XI (S apud Hauthalium) paucis locis comparato optima notae libro uetusto singulares lectiones exhibens, sed in ceteris gregem sequens. nequiores etiam codices saeculis XI—XIV exarati. quamquam cum semper uigeret illo aeuo amor Catonis coniunctaque cum hoc amore cupiditas emendandi textum, quid mirum est inueniri in hoc illoue recentiorum librorum aliquotiens scripturas bonas ex coniectura scilicet repertas? totum gregem litterula  $\xi$  in apparatu notauit.

Uix est quod moneam, etiam eis qui inde a saeculo fere XII Catonem uerterunt in linguas recentiores non praesto fuisse meliores libros mss. quam qui uulgarem secuntur recensionem.

Quae norma autem in edendis distichis fuerit sequenda, facile apparet. primo loco ponenda erat collectio a codicibus **B C D E F**  $\xi$  exhibita, ut tamen in uerberum emendatione, ut par erat, quam maxime urguerem optimi ducis **A** uestigia. huic appendicis instar secundo loco adicienda erant quae ex Veronensi et Turicensi accedunt disticha in illam collectionem uulgarem non recepta.

III. Extant in codicibus compluribus *collectionis monostichorum* particulae quaedam, quas facile intellegitur fluxisse ex una eademque ueterum sententiarum sylloge medio aeuo instituta. cui quid facerent cum priores nescirent, ego sine cunctatione ad Catonis disticha rettuli. nimirum cum exeunte saeculo VIII (ut supra monui) admodum turbata essent disticha, ita

quidem ut saepe uno uersu priuata legerentur aut uersus cohaerentes discissi extarent (uide modo libri Veronensis statum condicionemque), idem ut puto uir doctus, qui uulgarem distichorum collectionem instituit, discerpta illa membra in alteram monostichorum syllogen coniunxit; in qua quod bis terue integra disticha se posuisse non intellexit ille, facilem et explanationem et excusationem habet. ita autem recte me statuerem, duobus patet argumentis. nam et Turicensis liber in pannis illis insertis et Columbanus habent quae in monostichis nostris leguntur. quid quod in codicum titulis tenerum eius rei inest uestigium?

In constituendo horum monostichorum textu mihi adfuerunt codices hie:

A, Vaticano-Palatinus 239 saec. X (quo usus est A. Maius class. auctt. V p. 461 quemque mihi contulit A. Maius) praemisso titulo *Incipiunt sententiae generales in singulis uersibus* habet hos uu. 1—3, 5—8, 10, 12, 14, 15, 18—21, 24, 27, 34, 36—49, 25, 26, 32.

B, Vaticano-Reginensis 711 saec. XI fol. 46 sub titulo *prouerbia phylosophorum* habet uu. 1, 4, 5, 9, 17, 25, 21, 53, 24, 65, 14. contulit mihi Maius.

C, Vaticano-Reginensis 300 saec. XI fol. 77 sine titulo habet uu. 1—14, 17—35, 65, 36, 66, 37, 38, 68, 75, 39 (et 40 a m. 2 additum). Maius contulit.

D, Parisinus 8069 saec. XI (de quo cf. uol. IV) tribus locis inserta habet sine titulo monosticha, scil. fol. 3 uu. 35, 51—55, 31, 26, 30; tum interpositis alienis fol. 3 fin. et 4 in. uu. 14, 16—19, 25, 56—59, 42, 44, 60—63; tum fol. 127 uu. 4, 5, 7, 27, 28, 34, 65, 37, 64. ipse contuli. — cum hoc cognatus est Burmanni Petauianus proprio pretio destitutus.

E, Vorauiensis 111 saec. XII, de quo post Wattenbachium [noui Archiuii II 401 sqq.] disseruit C. Schenkelius in studiis Vindobonensibus II 299, qui fol. 51 cum inscriptione *uersus Platonis translati de greco* habet

1—14, 17—30, 32—35, 65, 36, 37, 67, 38, 68, 75, 40, 76, 56, 64, 77, 57, 78, 58, 59, 42, 44, 69, 47, 62, 70, 63, 71—74 cum disticho finali in apparatu exhibito. cuius gemellus est Vindobonensis 2521 saec. XII fol. 141 [ann. gymn. Austriac. a. 1864 p. 576], cuius tamen ut deterioris decurtatque lectiones adferre iam non est opus.

F, Marbodi codex S. Gatian. Turonensis 164 in Hildeberti et Marbodi ed. Benedictin. p. 1634, qui sub titulo *prouerbia Catonis* habet uu. 1—14, 18, 20—40, 64—68 (et quidem 65 post 35, 66, post 36, 67 post 37, 68 post 38).

Nolui autem ab eo ordine, quem praeceunte Pithoeo (qui uu. 1—35 primus dedit) nuperrimus constituit editor [A. L. 716], recedere, cum praesertim genuinum collectionis primariae ordinem satis certo restituere non liceat.

IV. Edidit Canisius in Thesauro suo (editione a Basnagio Amstelodami 1725 curata utor, ubi extat uol. I p. 769 sqq.) ex codice Frisingensi\*) *Columbani* carmen monostichon uersibus 207 constans. quod praeter ipsius Columbani praecepta sancta continet purum putum Catonem hic illic inmutatum. nam si ea quae in huius distichorum collectione uulgari quaeque in monostichorum sylloge deprehenduntur desumpseris, restant apud patrem sanctum quae non minus colorem gerant uere antiquum congruantque in omnibus cum Catonis poesi. non dubitavi igitur huic quae uindicanda sunt uindicare, praesertim cum ex nouis libri Veronensis uersibus (cf. II append.) nonnulli etiam apud Columbanum extant. hoc autem Catonis supplementum (et quam

\*) ita inscriptus est Frisingensis: *Incipit libellus cuiusdam sapientis et ut fertur beati Columbani*, in quo inest memoria, ex Catone scilicet 'sapiente' Columbanum opusculum suum compilasse.

magnum olim fuerit opus Catonianum integrum comparatis inter se eis quae Columbanus ex uulgari collectione et monostichis habet et eis quae iam restant concludere pronum est) et plenius et emendatius euassisset, si non Canisii textu sed comparatis Columbani codicibus quam plurimis inniti potuissem. sed quoniam unius hominis non est omnia administrare, speramus mox exiturum esse qui haec nostra studia continuat et, si ita opus, corrigat.

## I. COLLECTIO DISTICHORUM UULGARIS.

[Cum animaduertentem, quam plurimos grauiter in uia morum errare, succurrendum opinioni eorum et consulendum famae existimaui, maxime ut gloriose uiuerent et honorem contingerent. nunc te, filiarissime, docebo, quo pacto morem animi tui componas. 5 igitur praecepta mea ita legito, ut intellegas. legere enim et non intellegere neclegere est.

Marci Catonis ad filium salutem *litt. mai. rubr.* B Incipiunt libri Catonis philosophi *litt. mai. D; tit. om. C; totum prologum om. EF; de prologi habitu qui est in A cf. supra p. 206* || 2 in uia BC  $\epsilon$  omnes: I h sic D; fortasse secundum A, qui grauitate morum habet, restituendum prauitate morum || 3 famae ex A adsciu: fore BCD  $\epsilon$  omnes | existimaui spatio reliquo lineae uacuo B | ut] v (sic) D | fortasse secundum A (cf. supra) restituendum gloriose uiuere et honeste mori contingerent || 4 Karissime (Kme B) *codd. mei* | monebo D || 5 morem animi tui *codd. mei*: mores tui animi  $\epsilon$  Hauthaliani fere || 6 precepta (m. 2 *supraser.* pugna pro patria) B | mea ita] m' l (sic) D | ut] v (sic) D || 7 et non] 7 ~ (sic) D | nec legere C: neglegere ceteri | post est addunt Itaque B m. 2, ceteri omnes; mihi consensus libri A cum B m. 1 hanc uocem primitus defuisse demonstrat. Sententiolis iterum Incipit Marci Catonis ad filium libr. I *litt. mai. rubr. praefigit B. cum quem supra exhibuimus ordinem*

|                                  |    |                                   |
|----------------------------------|----|-----------------------------------|
| Deo supplica.                    |    | Quod satis est, dormi.            |
| Parentes ama.                    |    | Coniugem ama. 20                  |
| Cognatos cole.                   |    | Iusiurandum serua.                |
| Datum serua.                     |    | Uno tempera.                      |
| Foro parce.                      | 5  | Pugna pro patria.                 |
| Cum bonis ambula.                |    | Nihil temere credideris.          |
| Antequam uoceris, ne accesseris. |    | Meretricem fuge. 25               |
| Mundus esto.                     |    | Libros lege.                      |
| Saluta libenter.                 |    | Quae legeris, memento.            |
| Maiori concede.                  | 10 | Liberos erudi.                    |
| Magistratum metue.               |    | Blandus esto.                     |
| Verecundiam serua.               |    | Irascere ob rem <i>grauem.</i> 30 |
| Rem tuam custodi.                |    | Neminem riseris.                  |
| Diligentiam adhibe.              |    | In iudicio adesto.                |
| Familiam cura.                   | 15 | Ad praetorium stato.              |
| Mutuam da.                       |    | Consultus esto.                   |
| Cui des, uideto.                 |    | Virtute utere. 35                 |
| Conuiuare raro.                  |    | Trocho lude.                      |

*praebent B, Parisinus 2772 et 8093, Vossianus l. o. 15 saec. XI fol. 62<sup>v</sup> solum prologum habens (de A cf. supra): CD hunc praebent ordinem 1-4; 5, 16; 6, 17; 18 et sic porro usque 37, 48; 49-56 (nisi quod 14, 25 om. C) causa ex columnarum ratione perspicua || 1 D' (sic) D | supplica BD || 3 Cognatus A || 5 Furo A | parce A: pare B  $\epsilon$  para CD  $\epsilon$  || 6 ambola A || 7 ita CD  $\epsilon$ : Antè ne quanne accesseris A Nunquam (te uoceris *supraser.* m. 2) ne accesseris B Ad nequam ne accesseris Paris. 2772 || 10 Maiori B, in quo con ante cede *erasum* | concede A || 11 Magistratum B Magistratu A: Magistrum ceteri (et sic B m. 2 *supraser.*) || 14 adibe B || 16 Mutuam B || 18 Conuiuare A: Conuiu  $\equiv$  a (*erasa i*) B Conuiuia CD Conuiuia  $\epsilon$  Conuiuia sis Vossianus l. o. 15 || 21 serua om. A || 22 te tempera  $\epsilon$  pauci || 24 Nihil ACD  $\epsilon$ : Nil B Voss. l. o. 15 || 25 fuge] caue A || 28 Libero A || 30 Irascere ob rem ABCD: nel irasci ab re B m. 2 *supraser.* (sic uel Irasci ob rem  $\epsilon$ ) | *grauem addidi: om. AB noli B m. 2 CD  $\epsilon$  (scilicet proprio conamine lacunam expletes) riseris (ir m. 2 add. *supr. lin.*) B irriseris  $\epsilon$  || 32 iudicio AC  $\epsilon$ : iudicium BD  $\epsilon$  || 33 sta (to m. 2 *supraser.*) B; Ad praetorium stans conuiciari caue *Scriuerius* || 34 fortasse Consultor || 35 Utere tua uirtute *Scriuerius* || 36 Troco AB**

|                           |    |                            |
|---------------------------|----|----------------------------|
| Aleam fuge.               |    | Nihil arbitrio uirium fe-  |
| Litteras disce.           |    | ceris.                     |
| Bono benefacito.          |    | Patere legem, quam ipse    |
| Tute consule.             | 40 | tuleris.                   |
| Maledicus ne esto.        |    | Benefici accepti esto me-  |
| Existimationem retine.    |    | mor.                       |
| Aequum iudica.            |    | 50                         |
| Nihil mentire.            |    | Pauca in conuiuio loquere. |
| Iracundiam rege.          | 45 | Miserum noli inridere.     |
| Parentem patientia uince. |    | Minime iudica.             |
| Minorem ne contempseris.  |    | Alienum noli concupiscere. |
|                           |    | Illud adgredere, quod      |
|                           |    | iustum est.                |
|                           |    | 55                         |
|                           |    | Libenter amorem fert.      |

Liberalibus stude.]

### LIBER I.

Si deus est animus, nobis ut carmina dicunt,  
Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.

38 Litteris **B** || 39 Bono] Bion = (supra ras. uel is) **B** ||  
40 Tute corruptum uidetur || 42 Extimationem (s supra xt) **B** ||  
42 Equum **B** || 44 Nihil **B** || 45 Iracundiam rege **A B**: Iracundiam  
temporale rege **C** Ir. tempera uel rege **D** s (solum tempera pauci  
s) || 46 Parente **A** m. 1 | patientia **A**: patienter **B** patienter  
**C D** s || 47 ne] non **C** || 43 arbitrio **B** arbitrium (io m. 2 corr) **A**:  
arbitri **C D** s || 49 Patere **B** s: Pati **C D** s || 50 memor esto s  
pauci || 51 conuiuia **C** | loqui **A** || 52 inridere **A**, s pauci: ridere  
**B C D** s || 53 iudica **C** || 54 Alienum noli] Aliena ne **A** | con-  
cupiscere **B** s: concupisci **C D** s concupieris **A** || 55 Illud **B** | adgredere  
scripsi (aggredere Paris. 2772): ad = (erasum fortasse in) gre-  
dere **B** adore (agore m. 2 corr.) de re **A** stude agere **C D** s || post  
56 explicit **B** Explicit praefatio **D** || 57 in solo **A** extat.

Marci Catonis ad filium litt. mai. rub. **B** iterum Incipit  
liber primus catonis philosophi litt. mai. **D** Incipit liber Cato-  
nis primus litt. mai. **E F**; om **C** || 1 sic codd. (nisi quod et,  
supraser. est, **E**); sed **C** postea in additamento post II 7, 1 ita  
u. 1 praebet: Si ds omps nobis est ut c. d., unde hic restitueris:  
Si deus omnipotens, nobis ut carmina dicunt | 2 praecipue **C** hic

2. Plus uigila semper neu somno deditus esto;  
Nam diuturna quies uitiiis alimenta ministrat.
3. Uirtutem primam esse puto, concipere linguam:  
Proximus ille deo est, qui scit ratione tacere.
4. Sperne repugnando tibi tu contrarius esse:  
Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.
5. Si uitam inspicias hominum, si denique mores,  
Cum culpant alios: nemo sine crimine uiuit.
6. Quae nocitura tenes, quamuis sint cara, relinque:  
Utilitas opibus praeponi tempore debet.
7. Clemens et constans, ut res expostulat, esto:  
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.
8. Nil temere uxori de seruis crede querenti:  
Semper enim mulier quem coniux diligit odit.
9. Cum moneas aliquem nec se uelit ille moneri,  
Si tibi sit carus, noli desistere coeptis.
10. Contra uerbosus noli contendere uerbis:  
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

2 habet **A** | 1 neu **A**: nec ceteri mei ne s | 2 uiciis **D** minis-  
tra **A** | 3 ita *Columb. mon.* 115: magna quidem uirtus nostrae  
est moderatio linguae | 1 puto s pauci || 4, 1 Spernere pugn.  
**CDF** (Noli repugn. **C** post II 7) | esse ita ut se a m. 2 in ras.  
sit **B** | 2 dissidet **D** m. 1 dissidet **E** m. 1 || 5, 1 uitam insp.  
hominum ex uita consp. omnium corr. **B** | inspicia **E** m. 1 |  
2 Cum (ex Quum corr. **B**) culpant omnes mei: Cum uel Non  
culpes s nonnulli Ne culpes *Scriuarius* Quid culpas uir d. ap.  
*Arntzenium* | alios ex eos corr. **D** | crimene (e alt. add. m. 2)  
**B** | uibit **B** uiuit in uiuunt m. 2 corr. **E** || 6, 1 post sint *erasum*  
tibi in **E** | 2 opibus] puto gratis | tempore ex -ra corr. **B** || 7, 1  
Clemens et constans **B**: Constans et lenis **B** m. 2 *supraser.*,  
**CDEF** s | expostolat **D** || 8-10 habet **A** || 8, 1 Nihil **D** | uxuri  
**A** m. 1 | 2 Semper (m. 2 in Sepe corr. **B**) enim **AB**: Sep&enim  
**C** S(a)epe etenim ceteri omnes | m. q. e. d. | coniux seruum  
quem diligis **A** | udit (o supra u) **E** || 9, 1 Cum (ex Quum)  
moneas **B**, *Par.* 2772: Cum (que add. m. 2) moneas **A** Cumque  
moneas **CDEF** s plerique | ne se uult **A** (uult ex uelit corr.  
**E**) | 2 sic habet *Columb. mon.* 15: Ut moneas carum n. d. ami-  
cum | sit carus ex carus est m. 2 corr. **A** | post desistere *era-  
sum* re in **E** | ceptis **BCE** || 10 habet *Columb. mon.* 101, 102  
1 uerbosus **C**, **E** m. 1 | 2 datur multis *Columb.* | animis **D**

11. Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus;  
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.
12. Rumores fuge neu studeas nouus auctor haberi;  
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
13. Spem tibi polliciti certam promittere noli;  
Rara fides ideo est, quia multi multa locuntur.
14. Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento;  
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.
15. Officium alterius multis narrare memento;  
At quaecumque aliis benefeceris ipse, siletio.
16. Multorum cum facta senex et dicta reprendis,  
Fac tibi succurrant, iuuenis quae feceris ipse.
17. Ne cures, si quis tacito sermone loquatur;  
Consciens ipse sibi de se putat omnia dici.
18. Cum fueris felix, quae sunt aduersa caueto:  
Non eodem cursu respondent ultima primis.
19. Cum dubia et fragilis nobis sit uita tributa,  
In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

11, 2 bonis *ex* bonus B | ne BE: nec D ne = C nec F; an bonum ut non te? | dam = na C || 12—28 habet A || 12, 1 Rumore E m. 1 | caue A | neu studeas *scripsi*: ne studeas A ne (nec D) incipias *ceteri omnes* | aberi B | 2 nulli *post prius* nocet *ponit* A | loquutū C || 13, 1 polliciti A: promissi BCDE promissam F (*et sic CE m. 2 corr.*) | 2 idem (*sic*) est — locuntur m. 2 *in ras.* B || 14, 1 Quum B | tuus *omnes mei* (*nisi quod tibi A m. 1*): tu *Hauthatius errore* | 2 alios (*o ex corr.*) B | tu *om. B relicto inter te et quam spatio* || 16, 2 At quaecumque *scripsi*: Et quaecumque A Atque cum *ceteri codd. mei* (*nisi quod Atq; aliis cum tu C; cū in e corr. E post aliis supra lin. m. 2 cum tu scripto*): Atque aliis quantum *uel cum tu s* | aliis *om. A* || 16, 1 facta *in ras.* B | senes AB | ac dicta A | reprendis B: reprehendas A recensens *ceteri omnes* | 2 succurrunt iubenis B || 17, 1 Ne cures AB: Ne = cu = res C Neccures D Nec ures E Nec u = res F | qui A | 2 sibi *ex tibi corr.* B: *litterae ibi d euanidae in A* || 18, 1 habet *Columb. mop. 110* | Quum B Si A | *litterae uae s euanidae in A* | sint E m. 1, F | cabeto B, D m. 1 | 2 ad eodem E m. 2 *ngo simili* | respondent A || 19, 1 Quum B Qu A | nobis sit A: sit nobis *ceteri omnes* | 2 morte A (*et ita BC ex corr.*): mortem *ceteri codd.* | tu *om. A m. 1*

20. Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,  
Accipito laetus, plene et laudare memento.
21. Infantem nudum cum te natura crearit,  
Paupertatis onus patienter ferre memento.
22. Ne timeas illam, quae uitae est ultima finis:  
Qui mortem metuit, quod uiuit, perdit id ipsum.
23. Si tibi pro meritis nemo succurrit amicus,  
Ineusare deos noli, sed te ipse coerce.
24. Ne tibi quid desit, quod quaesisti, utere parce;  
Utque, quod est, serues, semper tibi desse putato.
25. Quod dare non possis, uerbis promittere noli,  
Ne sis uentosus, dum uir bonus esse uideris.
26. Qui simulat uerbis nec corde est fidus amicus,  
Tu quoque fac simules: sic ars deluditur arte.

20, 1 quum B | dat BCD: det AEF | amicus] accipias B | 2 laetus A: placide *ceteri omnes* | plene *ex plane corr. m. 2 AB* | et A: *om. ceteri* (*nisi quod E ante plene habet cum paucis s*) || 21, 1 nudum A m. 1 | quum B | crearit A crea = rit E || 22, 1 Ne timeas] Noli timere A | illa C | uitae *om. A uita CD, E m. 1* | 2 metuit] timet A | uibit B | perdit *ante quod uiuit habet A* | perdit id *ex corr. C perdidit DEF* | *ipiat (an ipsut?) obscure B* || 23 u. 2 *ante u. 1 ponit A* | 1 meritis A m. 1 | succurrit A: respondet BE s respondit CDF s | 2 deos A: deum *ceteri omnes* | set B | ipse] ipsum A, B m. 1 | coherce D (F *corr.*) || 24, 1 quid *om. A*; *malim post* | quod quaesisti *scripsi*: quod quaeris A quod queris (*post hoc rasura s uel 4 litt., quesitis m. 2 corr.*) B quod qu(a)eris hoc CDE, *et ita uidetur habuisse m. 1 F, in quo inter rasuras quesitis corr.; quesitis s multi* | 2 Utque quod] Ut quidquid A Q . . que quod B *duabus litt. euanidis, unde Quoque quod conicias* | tibi A (*in BCE add. supra lin. m. 2*): *om. ceteri codd. mei* | deesse *codd. omnes* (*de. eē D*), *correci* | put, *ceteris extinctis B* || 25, 1 habet *Columb. mop. 24* | dare non possis *Columb.*: praestare potes AB *cum ceteris omnibus* | uerbis promittere noli *scripsi*: nec bis (*ex uis corr. m. 2*) promittere noli A noli promittere uerbis *Columb.* ne bis (*his B*) promiseris ulli *ceteri omnes* | 2 uentosus A | uir b. esse uideris *scripsi*: uis b. esse uideri A uis b. ipse uideri B *cum ceteris codd.* (*dum = uis E uidere F m. 1*) || 26, 1 ne corde B | firmus A | 2 Hinc *Withofius* | simules *Scruiarius*: similes C simile AB *cum ceteris simili Arntzenius* | si *ceteris extinctis B*



27. Noli homines blando nimium sermone probare:  
Fistula dulce canit, uolucrum dum decipit auceps.
28. Cum tibi sint nati nec opes, tunc artibus illos  
Instrue, quo possint inopem defendere uitam.
29. Quod uile est, carum, quod carum, uile putato:  
Sic tu nec cupidus nec auarus nosceris ulli.
30. Quae culpae soles, ea tu ne feceris ipse:  
Turpe est doctori, cum culpa redarguat ipsum.
31. Quod iustum est petito uel quod uideatur honestum;  
Nam stultum petere est quod possit iure negari.
32. Ignotum notis noli praepone amicis:  
Cognita iudicio constant, incognita casu.
33. Cum dubia in certis uersetur uita periculis,  
Pro luero tibi pone diem, quicumque sequetur.

27, 1 blandos an A | litterae ando ni obscuratae in B | probare] serbare B, qui in hoc u. desinit | 2 uolucrum, ita codd. omnes | dum A (E ex corr.): cum CD, E m. 1, F § | 28, 1 nec ex neque corr. in CF (neque §) | tunc m. 2 ex his corr. A | 2 quo ADE: quo ex que corr. C que F | possunt C || 29, 2 tu Scriuarius: tibi codd. omnes | ullis E m. 1 || 30 habet A, u. 1 Columb. mon. 111 | solis A | haec tu Columb. | 2 rectori (ex rectori m. 2 corr.) A | redarguat ego: arguat A redarguit ceteri codd. || 31 habet A | 1 uel | et A | onestum F, on. in hon. m. 1 corr. E | 2 petere est EF: est petere ACD § (est petere id § unus) | possis i. negare A || 32, 1 habet Columb. mon. 141 ita: Ign. noto nunquam praeponas amico, quo ad restituendam genuinam formam uersus foede in codd. corrupti sum usus | Ignotumq; C | notis noli scripsi: tibi noli CDEF § (tu post tibi supra lin. m. 2 add. CE: tibi tu uel tibi met uel nolito § nonnulli) | amicis scripsi: notis codd. omnes, quod primitus in margine correcturae causa adnotatum mox genuinum amicis depulit | u. 2 habet ita A ut uersum alienum (append. 7) praeponat pro u. 1 | constat A || 33, 1 incerti § C incertis D § pauci | uersantur (an in ras.) m. 2 in -setur corr. E | 2 quicumque CD § plerique: quicūq; in quēq; corr. F quocumq; in quicumq; corr. E m. 1 quocumque § pauci | sequetur Par. 2772 m. 1, Reginensis 2078 m. 2 in ras.: laboras CDEF § plerique; sed in additamento post II 7 1 C habet sequatur laboras, ueri uestigio seruato

34. Uincere cum possis, interdum cede sodali,  
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.
35. Ne dubita, cum magna petes, impendere parua:  
His etenim pressos contingit gloria raro.
36. Litem inferre caue, cum quo tibi gratia iuncta est:  
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
37. Seruorum culpa cum te dolor arguet in iram,  
Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis.
38. Quem superare potes, interdum nince ferendo;  
Maxima enimst hominum semper patientia uirtus.
39. Conserua potius, quae sunt iam parta, labore:  
Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.
40. Dapsilis interdum notis et largus amicis  
Cum fueris, dando semper tibi proximus esto.

34, 1 cede E, F ex corr. § (C supraser.): uince CD || 35 dubita CEF §: dubites D § (et ita et C et E corr. m. 2; dubitas F corr.) | petes D §: petis in petas corr. C petas EF § | 2 pressos contingit gloria raro scripsi: rebus coniungit gratia caros codd. omnes, sine sensu (ortum ex parte e u. seq.) || 36, 2 habet Columb. mon. 113 || 37, 1 culpa = F §: culpas CD, et E ita ut pa ex corr. sit (culpae C corr., §; ob culpas E m. 2 supra lin. corr., §) | urg = et C | in | & C ad § (ex libris a me inspectis nullus) || 38, 1 nince ferendo] supraser. cede sodali C (ex 34, 1) | 2 enim est hoium scripsi: enim horum D; et ita C, in quo h in m correctae est, m. 1; enim morum (post hoc e m. 2 supra lin.) E = morum (na supra ras., et est post morum add. supra lin.) F enim morum uel enim morum est § plerique || 39, 1 parta EF §: parta CD § pauci, unde postea conicias | 2 dam = no C dampno E | aegestas E || 40 Dapsilis, si in ras. F (Dapasalis, ut et praecedentium uu. et sequentis initia, in ras. E) | largus edd. uett.: carus codd. (car = us, ca ex corr. C; cari = s F) | amicis ex amicus corr. EF | 2 Cum §: Dum CDEF § | dando Par. 2772 m. 1, Regin. 2078 in ras.: felix codd. ceteri omnes, quod ortum uidetur ex I 18, 1, ut re uera C supra semper = esto adscripsit que sunt aduersa cauto || Explicit liber primus D

## LIBER II.

[Telluris si forte uelis cognoscere cultus,  
Uergilium legito; quodsi mage nosse laboras  
Herbarum uires, Macer haec tibi carmina dicit;  
Si Romana cupis et Punica noscere bella,  
Lucanum quaeres, qui Martis praelia dixit; 5  
Si quid amare libet uel discere amare legendo,  
Nasonem petito; sin autem cura tibi haec est,  
Ut sapiens uiuas, audi quae discere possis,  
Per quae semotum uitii deducitur aeuum:  
Ergo ades et quae sit sapientia disce legendo.] 10

1. Si potes, ignotis etiam prodesse memento:  
Utilius regno est, meritis adquirere amicos.
2. An di sint caelumque regant, ne quaere doceri:  
Cum sis mortalis, quae sunt mortalia, cura.

II. *om. titulum C* Incipit liber II (secundus) **DEF**; *uu.* 1—6  
habet **A** || 1 cognoscere **A** || 2 Uerg. *codd. mei* (*m.* 2 Virg. *corr.*  
*in CDF*) | magis **F** mauius **A** | nosse *codd. omnes* | laboras (-ra  
**A**) *codd.*: labores  $\xi$  pauci || 3 haec **A**: *om. ceteri* (has *uulgo*) |  
carmina *codd.*, nisi quod altera a *in EF* in e *correcta est* | di-  
cet *uulgo* || post 3 *Pithoeus inserit* Corporis ut possis cunctos  
depellere morbos || 4 romam uelis et p. cognoscere **A** | cinica  
*pro punica Scriuerius; recte hoc tuetur Vonckius coniciens, Lu-*  
*cani codicem 'de bellis Punicis' inscriptum horum uu. auctori*  
*fallacias fecisse: cf. H. Blassius mus. Rhen. XXXI p. 134; non-*  
*nulla post u. 4 intercidisse suspicabatur C. Barthius* || 5 Luga-  
num **A** | quae res **D** | matis **A** | proelia **D** || 6 libet | uelis **A** |  
amara **D** || 7 cura tibi haec est **E m.** 2: tibi cura haec est  
**DEF**, et ita sine dubio primitus **C**, qui *correxerit* haec est tibi  
cura *in rasuris* || 8 audi  $\equiv$  **C** audiq: **E** || 10 ades, a *ex corr.* **E** ||  
*huic prologo sine interuallo adhaerent disticha in codd.* || 2, 1 sic  
*habent codd. omnes: Mitte arc(h)ana dei caelumque inquirere*  
*quid sit, nisi quod C unus post eum (ante u. 2) inserit: An dii*  
*sint caelum qui (i ex corr.) regant nequere doceri; et hanc*  
*alteram uersus formam genuinam puto, cum prior illa colorem*  
*christianum prae se ferat* | 2 sunt *ex sint corr.* **E**

3. Linque metum leti; nam stultum est tempore in  
omni,  
Dum mortem metuas, amittere gaudia uitae.
4. Iratus de re incerta contendere noli:  
Inpedit ira animum, ne possis cernere uerum.
5. Fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa;  
Dandum etenim est aliquid, dum tempus postulat  
aut res.
6. Quod nimium est fugito, paruo gaudere memento:  
Tuta mage est puppis, modico quae flumine fertur.
7. Quod pudeat, socios prudens celare memento,  
Ne plures culpent id quod tibi displicet uni.
8. Nolo putes prauos homines peccata lucrari:  
Tempore si peccata latent, et tempore parent.
9. Corporis exigui uires contemnere noli:  
Consilio pollet, cui uim natura negauit.
10. Cui scieris non esse parem, pro tempore cede:  
Uictorem a uicto superari saepe uidemus.
11. Aduersum notum noli contendere uerbis:  
Lis uerbis minimis interdum maxima crescit.

3, 1 maetum **E** | loeti **CE** liti **D** | in omni *uix sanum; num*  
*in arto (in breui quod uiuimus spatio) ?* | 2 metuas, i *supra a*  
*m.* 2, **C** || 4, 1 condere **E m.** 1 | 2 Imp. **F** | possit **F**  $\xi$  possis  
*ita ut ult. s ex corr. sit E* || inter 4 et 5 *inserit C* IV 5 et  
*append.* 1 || 5, 2 aliquid **E** | postulat **CD** || 6, 1 fugitur **D** | 2 mage  
*(m supra lin. m. 2)* **D** mage  $\equiv$  **C**, in quo est *post puppis supra*  
*lin. additur m. 2* | puppis **F** | flamine *maluit uir doctus saec. XVII* ||  
7, 1 pudat **D**, et (*e supra da scr.*) **C**; *malim* Quod maculat so-  
cios, pr. *eqs.* | socios **C** | caelare **D** | u. 2 *om. C*, qui *eius loco*  
*inserit: monost.* 53, IV 26, I 33, *append.* 2, I 1, I 4 || 8 habet  
**A** | Noli putare malos *male A* | 2 Tempore si *scripsi*: Tempori-  
bus *codd. omnes* | et tempora **AC** || 9, 1 contempnere **D** || 10 habet  
**A** | 1 Cui te scieris **A** | parem pro **A**: parem te **EF**  $\xi$ , et (*mte*  
*ex corr.*) **C**, parente **D**; *apparet ex A ceterisque, in exemplari*  
*uictustissimo te glossam adscriptam fuisse, diuersis illam locis*  
*insertam* | caede **E** cede (*e ex corr.*) **F** corde **D** corde (cede  
*mqo*) **C** | 2 saepe superari **A** superare **D** || 11, 1 Aduersus  $\xi$  |  
2 Lis (*L ex corr.*) **E**  $\xi$ : His **CDF**  $\xi$  | uerbis minimis (*nimis D*)  
**CDE**: rebus minimis **F** (*rebus E supraser.*) | crescit (*un supra i*)

12. Quid deus intendat, noli perquirere sorte:  
Quid statuatur de te, sine te deliberat ille.
13. Inuidiam nimio cultu uitare memento:  
Quae si non laedit, tamen hanc sufferre molestum est.
14. Forti animo ferto, cum sis damnatus inique:  
Nemo diu gaudet, qui iudicē uincit iniquo.
15. Litis praeteritae noli maledicta referre:  
Post inimicitias iram meminisse malorum est.
16. Nec te conlaudes nec te culpaueris ipse;  
Hoc faciunt stulti, quos gloria uexat inanis.
17. Utere quaesitis modice: cum sumptus abundat,  
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.
18. Insipiens esto, cum tempus postulat ipsum:  
Stultitiam simulare ioco, cum tempore laus est.
19. Luxuriam fugito, simul et uitare memento  
Crimen auaritia; nam sunt contraria fama.
20. Nolito quaedam referenti credere saepe:  
Exigua est tribuenda fides, qui multa locuntur.

F 5: crescut ceteri codd. mei (cernunt in E suprascr.) || 12, 2 Quod F, E m. 1 || 13, 1 habet Columb. mon. 141 | nimi = oculu D culta (u supra a) E | 2 hunc F | modestum E m. 1 | est in fine addunt codd. mei || 14, 1 ferto scripsi: esto codd., nisi quod C erasit supraque rasuram maneat m. 2 habet (Esto forti animo uel Esto animo forti s pauci) | cum sis | fueris m. 2 suprascr. E | dampn. C | 2 qui, i ex corr. C | ind. uincit iniquo 5: iniquo ind. uincit codd. mei, 5 (E m. 2 punctis supra uerba illa appositis quem uerborum ordinem uoluerit non liquet), nisi quod D uincit corr. ex uincens; unde sub iniquo ind. uincens conicias || 15, 1 lites C | inimi = cias (mi et ei ex corr.) C || 16, 1 culpaberis EF | 2 quos m. 2 in ras. E || 17 habet A | 1 cum sumptis C consumptus D | habundat CF habundant A | 2 Labitur A | parcum D partum C || 18 habet A | 1 cum codd. mei: dum s pauci | te (del. m. 2) tempus A | postolat A m. 1, D | ipsum A: aut res ceteri codd. (cf. II 5, 2) | 2 ioco scripsi: loco codd. (o alt. ex corr. C) | cum tempore laus est A: prudentia summa est ceteri codd. || 19, 1 habet A (adiunctus pro u. 2 ei IV 30, 1) | Luxuriam F || 20-29 habet A || 20, 1 Nolito A: Noli tu ceteri codd. | saepe A: semper ceteri codd. | 2 est codd.: his edd. uet. | loquuntur D loquentur (u supra e, n ex corr.) E loquunt, ut uid. F

21. Quae potus peccas, ignoscere tu tibi noli;  
Nam crimen uini nullum est, sed culpa bibentis.
22. Consilium arcanum tacito committe sodali,  
Corporis auxilium medico committe fideli.
23. Successus nolito indigni ferre moleste:  
Indulget Fortuna malis, ut uincere possit.
24. Prospice, qui ueniant casus, hos esse ferendos:  
Nam leuius laedit, quidquid praeuidimus ante.
25. Rebus in aduersis animum submittere noli:  
Spem retine; spes una hominem nec morte relinquit.
26. Rem, tibi quam noris aptam, dimittere noli:  
Fronte capillata, post est Occasio calua.
27. Quod sequitur specta quodque imminet ante uideto:  
Illum imitare deum, partem qui spectat utramque.

21, 1 habet Columb. mon. 139 | Quae potus (potu m. 2 corr.) peccas A: Quae putas quae peccas D Quae potu = = = peccas (u ex corr. C) CF Cum potes (v supra e) peccatum (s supra at) E Peccasti solus Columb. | ignoscere A, corr. m. rec. | 2 uini nullum A: nullum uini ceteri | est om. F, est ante uini posuit E m. 2 || 22, 1 habet Columb. mon. 140 | Cons. arcanum (archanum CDEF) codd.: Quod tacitum cupias Columb. | sodali A | 2 habet Vindicianus in epist. ad Valentinianum II (illud Catonis), Columb. mon. 154 (permittit) | auxilio A m. 1 | medico om. A (socio m. 2, medico m. rec.), ex modico corr. DE || 23, 1 Successus (u supra o) C | nolito indigni (uel indignos) scripsi: indigni nolito A indignos noli tu D s et, nisi quod in erasum, C indignos noli (tu m. 2 add.) EF tu noli indignos s pauci | 2 uincere A: laedere ceteri codd. || 24, 1 casus hos A: hos casus ceteri codd. | ferendus A ferendum C | 2 leuius in fine u. ponit E | quicquid codd. praeter A | praeuidemus A prouidimus D prou. in praeu. corr. (puid.) C || 25, 1 submittere AD (E m. 2 suprascr.): suspendere EF sub(spendere in ras. m. 2) C | 2 Spes una retinet hominem nec in morte r. A || 26, 1 noris scripsi: noscis CDEF s (nosces pauci) scieris A | promittere A | 2 om. A | post est Scriuerius: post haec codd. postica Withofius || 27, 1 habet Columb. mon. 161 (Consilio mentis q. i. a. u.) | expecta CD | iminet E iminet D | te uideto obscurata in A, qui om. u. 2 | 2 d = m D | patrem — utrumque CDEF s, corr. in rec. s paucis (utr = nq; C) | expectat CD

28. Fortius ut ualeas, interdum parcior esto:  
Pauca uoluptati debentur, plura saluti.
29. Iudicium populi numquam contempseris unus:  
Ne nulli placeas, dum uis contempnere multos.
30. Sit tibi praecipue, quod primum est, cura salutis:  
Tempora nec culpes, cum sit tibi causa doloris.
31. Somnia ne cures; nam mens humana quod optat,  
Dum uigilat, uerum per somnum cernit id ipsum.

## LIBER III.

[Hoc quicumque uolet carmen cognoscere lector,  
Cum praecepta ferat quae sunt gratissima uitae,  
Commoda multa feret; sin autem spreuerit illud,  
Non me scriptorem, sed se fastidiet ipse.]

1. Instrue praeceptis animum, ne discere cessa;  
Nam sine doctrina uita est quasi mortis imago.

28, 1 parcior A s; partior DE s patior C et, r supra at, F | 2 uoluptati EF: uoluntati CD uoluntati A || 30, 1 ita habet *Columb. mon.* 137 Sit tibi cura tuae tota uirtute salutis, quod reposito tuta praecipuet | salutis ex salitis E | 2 Tempora E m. 2, s: Tempore CDE s Tempor ult. litt. euanida F; malim Te ipsum ne | nec codd.: ne s pauci | sit codd.: sis s pauci || 31 habet A, adfert *Caroli Magni opus contra synodum* (ed. *Heumannus Han.* 1731 p. 391): ait enim philosophus Cato: somnia — ipsum | 1 ne A s, *Carolus*: nec CDEF s | nã ex corr. F | 2 Cum *Carolus* | uigilat codd. omnes (Dum uigilat in ras. E uigila, n supra a, F), *Carolus*: uigilans edd. uct. | uerum scripsi: sperat codd. omnes cum *Carolo*, uitio perantiquo ex glossa uocis optat orto | post u. 2 C repetit III 49, 2 || Explicit liber II D III. Incipit liber III (tertius) litt. mai. DEF; om. C || prologum ita habet A; ceteri codices omnes interponunt distichon primum inter u. 2 et 3 || 1 quaecumque D | uolet *Schenkelius*: nult A uoles DEF s uelis C || 3 Commodo A, D m. I | feret A: feret ceteri codd., qui et spreueris || 4 se fastidiet A: te neglexeris ceteri codd. (rem sed — ipse totum in ras. m. 2 E) | ipse omnes codd.: ipsum s pauci || 1 extat in CDEF s post prologi u. 2, huc transposuit *Scaliger*; et A illud separatim exhibet | 1 Instrue (u supraser. m. 2) A | nec s pauci; an neu? | cessa A: cesses ceteri codd.

2. Cum recte uiuas, ne cures uerba malorum:  
Arbitrii non est nostri, quid quisque loquatur.
3. Productus testis, saluo tamen ante pudore,  
Quantumcumque potes, celato crimen amici.
4. Sermones blandos blaesosque cauere memento:  
Simplicitas ueri forma est, laus ficta loquentis.
5. Segnitiam fugito, quae uitae ignauia fertur;  
Nam cum animus languet, consumit inertia corpus.
6. Interpone tuis interdum gaudia curis,  
Ut possis animo quemuis sufferre laborem.
7. Alterius dictum aut factum ne carpseris unquam,  
Exemplo simili ne te derideat alter.
8. Quod tibi sors dederit tabulis suprema notato,  
Augendo serua, ne sis quem fama loquatur.
9. Cum tibi diuitiae superant in fine senectae,  
Munificus facito uiuas, non parcus, amicis.

2—7, 1 habet A || 2, 1 habet *Columb. mon.* 92 (Si tu recta facis n. e. u. m.) | recta A | nec CE s | 2 Arbitrii (u supra ult. i E) non est nostri EF s: Arbitrii non est nisi D Arbitrii nostri non est C s Arbitrio non est nostro A || 3, 1 Productus D | testes salua A | pudore s: pudore C pudorem DEF pudo ceteris euanidis A (ut et u. seq. miei) | 2 Quantumquoque D (pro -quomque?) | distichon sic restituerim Pr. t. celato crimen amici Q. potes, salua tamen ante pudorem || 4, 1 blesosque cauere CDEF s: ethlesos uitare A, unde ut des, uitare conicere pronum est | 2 ueri | siuiri A | forma *Barthius*: fama codd. omnes norma *Scriuerius* | laus (= adulatio) f. loquentis A: fraus f. loquendi CDEF s || 5, 1 Segnitiam C Signitiam D | uita D | 6, 2 animo ex -mũ corr. E | quamuis D; desidero uocabulum recreato exprimens (num animo iuueni?) | laborẽ ex -res corr. E || 7, 1 dictum aut factum s pauci: dicto aut facto A factum ac dictum ceteri codd. (nisi quod in D uel ante ac erasum est) | ne A s: nec ceteri codd. | unquam | us ceteris euanidis A, hic desinens | 2 Exemplo, o ex corr. D | nec F ne E || 8, 1 Quae E | sors, sic codd. | subprema EF | 2 Augendos C | Auge seruando uel Augendo cura ne segnem *Withofius* || 9, 1 senectus C | amicis s: amicus CDF s amicos (os ex corr.) E; *Withofius* maluit: M. uiuas caris, non parcus, amicis, quod nescio an commendet *Columb. mon.* 155 Dum poteris, caro benefac tu semper amico

10. Utile consilium dominus ne despice serui:  
Si prodest, sensum nullius tempseris umquam.
11. Rebus et in censu si non est quod fuit ante,  
Fac uiuas contentus eo quod tempora praebent.
12. Uxorem fuge ne ducas sub nomine dotis,  
Nec retinere uelis, si coeperit esse molesta.
13. Multorum disce exemplo, quae facta sequaris,  
Quae fugias: uita est nobis aliena magistra.
14. Quod potes, id temptato, operis ne pondere pressus  
Subcumbat labor et frustra inceptata relinquas.
15. Quod factum scis non recte, nolito silere,  
Ne uideare malos uelle inritare tacendo.
16. Iudicis auxilium sub iniqua lite rogato:  
Ipsae etiam leges cupiunt ut iure rogentur.
17. Quod merito pateris, patienter ferre memento,  
Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna.

10, 1 *habet Columb. mon.* 93 | dominus (*compend.*) *ex corr.*  
**EF** | dispice ≡ (i in e *corr.*) **D** despice (e in i *corr.*, sed m. 2  
*rursus e suprascr.*) **E** | 2 Si prodest sensum nullius *scripsi*:  
 Nullius si prodest sensum *codd.* (Nullū si pr. seruum **C** *corr.*,  
 Nullius sensum si pr. **E** m. 2, *uulgo*) | tempseris **EF** §: con-  
 tempseris **CD** § (**F** m. 2) || 11, 1 Rebus et in censu *mire dictum*;  
*fortasse* Rebus in aduersis | antea **D** ante ≡ **CE** | 2 contemptus **DF**  
 contemptus *ex contemptus corr.* **E** 12, 1 nec, e *ex corr.* **E** 13, 1 exem-  
 plis **C** | 2 libere *mutat Columb. mon.* 112 | uitae nobis **D** | ali ≡ ena  
**C** || 14, 1 temptato § pauci: tenta **CDF** tempta (-ptat m. 2)  
**E** tentes *codd. uet.* | psus **E** m. 1 | 2 inceptata *scripsi*: mutata  
*codd. mei* temptata § nonnulli | relinques **C** || 15, 1 Quod factum  
 scis *scripsi*: Quod nosti (-tis **F** et, s *euamido*, **D**) factum *codd.* |  
 non recte **CD** §: non recte (e *alt. ex corr.*) **F** non rectū (e m. 2  
*supra ū*) **E** | nolito § pauci: nolo **C** nolo *in noli corr.* **D** noli  
**EF** | 2 Ne uidere et **C** et **D** m. 1 | uelle inritare *scripsi*: imi-  
 tare (*in -ari C et F corr.*, -ari **E** §) uelle *codd.* || 16, 1 Iudici  
 consilium **E**, *corr.* m. 2 | iniqua lite *scripsi*: iniquitate *codd. mei*  
 (iniqua lege **E** m. 2 *suprascr.*, §; *nescioquid corr.* **F** m. 2) |  
 2 rogentur (*i. e. adcantur*) *scripsi*: regentur **CDF** (*ita ut alt. e*  
*in a correxerint CD*) regantur, m. 1 regentur *suprascr.* (*del.*  
 m. 2), **E** || 17, 1 pacienter **CD** | 2 dampna **E**

18. Multa legas facito, tum lectis neglege multa;  
Nam miranda canunt, sed non credenda poetae.
19. Inter conuiuas fac sis sermone modestus,  
Ne dicare loquax, cum uis urbanus haberi.
20. Coniugis iratae noli tu uerba timere;  
Nam lacrimis struit insidias, cum femina plorat.
21. Utere quaesitis, sed ne uidearis abuti:  
Qui sua consumunt, cum dest, aliena secuntur.
22. Fac tibi proponas, mortem non esse timendam:  
Quae bona si non est, finis tamen illa malorum est.
23. Uxor is linguam, si frugi est, ferre memento;  
Namque malum est, non uelle pati nec posse tacere.
24. Aequa diligito caros pietate parentes,  
Nec matrem offendas, dum uis bonus esse parenti.

## LIBER IV.

[Semotam a curis si uis producere uitam  
Nec uitii haerere animi, quae moribus obsunt,

18, 1 legis, a *supra* i, **C** | facito tum lectis *scripsi*: facto-  
 rum lectis **CD**, **E** m. 1, facito perlectis **E** m. 2, **F** § | neglege  
*ueterem scholiastam testari confirmat Barthius*: perlege *codd.*  
*omnes* perline *Erasmus* || 19, 1 *habet Columb. mon.* 42 | con-  
 uiu ≡ as **F** conuiua **E** m. 1 | facsis, si *ex corr.* m. 2, **C** | mode-  
 stos (v *supra* o) **E** | 2 Nec **E** | dum § | urbanis (v *supra* i) **C** ||  
**20**, 2 lacrimas (i *supra* a *alt.*) **C** | instruit *codd.*, *corr.* in **C** et  
**E** m. 2 | dum § || **21**, 1 abuti *ita ut supra prior. i posita sit v*  
**D** et **F** | 2 deest *codd.*, *correxi* | secuntur **E**: sequuntur **F** se-  
 quentur **CD** (*ex sequuntur?*) || **22**, 1 proponas *in propenis m. 2*  
*corr.* **C**, *in E m. 2 ex propenas corr.* | 2 finis *in ras.* **C** finire  
**D** | est *om.* **E** m. 1 || **23**, 2 tacere | carere *Withofius, recte puto* ||  
**24**, 1 Aequa (*ex Aequae corr.*) diligito caros **E**, et *ita qui hunc*  
*u. in ras. habet F*: Egra diligit caros **D** Dilige non caros egra  
*totum in ras. m. 2 C* | 2 esse parenti *add. m. 2 E* | Explicit liber III **D**.  
 Incipit liber IIII (quartus) **DEF**, *om. C*; *prologum habet A cum*  
*hac uersuum collocatione*: 3, 1, 4, 2 || 1 Semotam a curis si uis  
*scripsi*: Semota (-tam m. 2) a uitii si uis **A** Securam quicum-  
 que cupis **CDEF** § | producere **A**: perducere **CDE** § ducere *in*  
*deducere m. 2 corr.* **F** || 2 erere **A** m. 1 | animi **A**: animos

Haec praecepta tibi saepe esse legenda memento:  
Inuenies, quo te possis mutare, magistrum.]

1. Despice diuitias, si uis animo esse beatus;  
Quas qui suspiciunt, mendicant semper auari.
2. Commoda naturae nullo tibi tempore derunt,  
Si contentus eo fueris quod postulat usus.
3. Cum sis incautus nec rem ratione gubernes,  
Noli Fortunam, quae non est, dicere caecam.
4. Dilige olens nardum, sed parce; defuge odorem,  
Quem nemo sanctus nec honestus captat habere.
5. Cum fueris locuples, corpus curare memento:  
Aeger diues habet nummos, se non habet ipsum.
6. Uerbera cum tuleris discens aliquando magistri,  
Fer patris imperium, cum uerbis exit in iram.
7. Res age quae prosunt; rursus uitare memento,  
In quis error inest nec spes est certa laboris.
8. Quod donare potes, gratis concede roganti;  
Nam recte fecisse bonis, in parte lucrorum est.

*ceteri codd.* (animum  $\xi$ ) | quae *ex* qui *corr.* et **C** et **E**: qui **A** *cum* *ceteris codd.* | obsunt **A**: obsint *ceteri codd.* || 3 saepe esse *legenda scripsi*: semper *legenda codd.* omnes (relegenda **E** *m. 2 corr.*,  $\xi$  *pauca*) | 4 *sic restitui*: Inuenies quod te ipsum uitare magistrum **A** Inuenies aliquid (-quit **E**) quod te (*in ras.* **C**) uitare magistro *ceteri codd.* (quibus *ducibus* quo uitae uitare *Scriuerius* quo tute uitare *Hautholius*) || 1, 1 Despice **CE** | beatos **F** *m. 1*, o *ex corr.* et u *supra* o **E** | 2 suspiciunt  $\xi$  *pauca*: suscipiunt *codd.* || 2, 1 derunt *codd.*, *correx.* | 2 contemptus **F**: Si fueris contentus eo *Scriuerius* | postulat (*v supra alt.* o) **D** || 4, 1 olens nardum *scripsi*: denarium *codd.* te ornari *Cannegieterus* | defuge odorem *scripsi*: dilige formam *codd.* (*sed eadem u. 2* Quem) | 2 curat habere *Withofius* || 5, 1 locuples **CF**, et (*s supra x*) **D** | 2 se  $\equiv$  (*erasa d*) **D** se *in* set *m. 2 corr.* **E** (*sed*  $\xi$ ); Eger d. nummos habet **C** *post* || 4, ubi hoc *distichon* *repetit*; D. h. n., aeger se non h. i. *Scriuerius* || 6, 1 Uerbera **C** et **E** *m. 2*: Uerba *codd. mei* | discen  $\equiv$  (*do supra ras. m. 2*) **C** *dicens* **D** | 2 habet *Columb. mon. 22* (*dum pro cum*) || 7, 1 rursus (*s supra m*) **D** | 2 quib; (*b; ex corr. m. 2*) **C**; quibus  $\xi$  || 8, 1 roganti] *nonne merenti?* | 2 lucrorum *edd. vet.*: lucrosam *codd.*

9. Quod tibi suspectum est, confestim discute quid sit;  
Namque solent, primo quae sunt neglecta, nocere.
10. Cum te detineat Ueneris damnosa libido,  
Indulgere gulae noli, quae uentris amica est.
11. Cum tibi praeponas animalia bruta timore,  
Unum hominem scito tibi praecipue esse timendum.
12. Cum tibi praeualidae fuerint in corpore uires,  
Fac sapias: sic tu poteris uir fortis haberi.
13. Auxilium a notis petito, si forte labores;  
Nec quisquam melior medicus quam fidus amicus.
14. Cum sis ipse nocens, moritur cur uictima pro te?  
Stultitia est morte alterius sperare salutem.
15. Cum tibi uel socium uel fidum quaeris amicum,  
Non tibi fortuna est hominis sed uita petenda.
16. Utere quaesitis opibus, fuge nomen auari:  
Quid tibi diuitias, si semper pauper abundes?
17. Si famam seruare cupis, dum uiuis, honestam,  
Fac fugias animo, quae sunt mala gaudia uitae.
18. Cum sapias animo, noli ridere senectam;  
Nam quicumque seni puerilis sensus inhaeret.

9, 2 neglecta **CF**: neglecta **DE**  $\xi$  || 10, 1 det. uen. damn. libido (*uoluptas add. m. 2*) **C**: det. libido uen. dāpn. uoluptas **D** det. uen. dāpn. (dān. **F** *m. 1*) uoluptas **E** **F**  $\xi$  | gulae *totum in ras. m. 2* **C**, *ex quile corr.* **D** || 11 habet **A** | 1 bruta *Arntzenius*: cuncta **A** *cum ceteris codd.* | praeponas *in* proponas et **C** et **E** *m. 2 corr.* | timore **D**: timere **A** *ceterique codd.* | 2 Unum praecipue scito tibi hominem esse t. **A**, quod *correx.* (praecipue tibi scito h. e. t. *Schenkelius minus bene*); Unum praecipio tibi plus hominem esse t. **CDEF**  $\xi$  || 12, 2 pateris **C** | 1 laboras  $\xi$  | 2 Ne **C** | 14, 1 nocens quis uict. (*moritur cur supra quis m. 2*) **E**, *in F rasura post* moritur, *supra quam cur m. 2* || 15, 1 Quam **E** Cum *ex corr.* **F** | socium **CD** | quaeris *om.* **F** *m. 1* | 2 uita putanda *Scriuerius* probanda *Arntzenius* || 16, 1 habet *Columb. mon. 99* | 2 diuitias si semper **DF**: diuitiae  $\equiv$  (*e ex corr.*) si semper **C** diuitie  $\equiv$  (*ie ex corr.*) si semper **E** diuitiae prosunt si  $\xi$  | abundes **CD** habundes **E**: habundas (*a alt. ex corr.*) **F** || 18, 1 Cum *ex corr.* **F** | sapias **C** | irridere  $\xi$  | 2 quicumque (*quoic. ego*) seni *edd. vet.*: quocumque *senes codd.* quicumque *senes Scaliger* (*senes Scriuerius*) | pueri bis *Withofius* | inhaeret *scripsi*: in illo est *codd.*

19. Disce aliquid; nam cum subito Fortuna recessit,  
Ars remanet uitamque hominis non deserit umquam.
20. Prospicito tecum tacitus quid quisque loquatur:  
Sermo hominum mores et celat et indicat idem.
21. Exerce studio quamuis perceperis artem:  
Ut cura ingenium, sic et manus adiuuat usum.
22. Multum uenturi ne cures tempora fati:  
Non metuit mortem qui scit contempnere uitam.
23. Disce sed a doctis, indoctos ipse doceto:  
Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum.
24. Hoc adhibe uitae quo possis uiuere sanus:  
Morbi causa mali est, nimia est quaecumque uoluptas.
25. Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,  
Hoc uide ne rursus leuitatis crimine damnes.
26. Tranquillis rebus semper diuersa timeto,  
Rursus in aduersis melius sperare memento.

19, 1 cum *ex corr.* F | recessit CDF: recedit (di *ex corr.* m. 2) E s | 20, 1 Prosp. in Persp. m. 2 corr. C Presp. E | tecum *edd. uet.*: euneta *codd.* | quid *ex que m. 2 corr.* E quid (o *supra i*) F | 2 prius et eras. C | caelat D | iudicat (u *ex corr.*) C | 21, 1 studio *Schenkelius*: studium *codd.* assiduo quam tu pere. *Scaliger* | 2 usum | uirum D uirum ipsum C | 22, 1 malim Ne cures mult. uent. | fa=ti C | 23-25 habet A | 23, 1 habet *Columb. mon.* 100 | sed *ex set corr.* D sed (d *ex corr.*) C | 2 *inmutatum habet Columb. mon.* 12 | est *codd. mei*, s: *om. uulgo* | bonorum ACD, sed in omnibus *corr. m. 2* | 24, 1 Hoc adhibe uitae quo possis u. s. *scripsi*: Hoc adhibe quod possis u. s. A Hoc bibe quo (quod m. 2 *corr.* CEF) possis (sis *ex corr.* C) si uis (suus C) tu (*om. F m. 1*) uiuere (ca -uire *corr.* D) s. ceteri *codd.* | 2 habet *Columb. mon.* 16 | mali est nimia est ego: mali est nimia A mali est CD, et E, in quo e *erasum et naq.* e *add. supra lin. m. 2*, mali (e *supra lin. add.*) F mali nimia est s *Columb.* | homini quocumq; uoluptas *totum in rasura C* | 25, 1 quodcumque A (E m. 2 s): utcumq; DEF dictuque in ras. m. 2 C | probaris C in ras., E et F *ex corr. m. 2*: probare D, E et F m. 1 dammaris A | 2 Hoc uide, m. 2 *Serua suprascr.*, E | rursus AC: rursus ceteri | leuit. *ex ceuit. corr.* D | crimina damnis A | dampnes E, F m. 2 | 26, 1 semper diuersa *scripsi*: semper aduersa *codd. mei* (que sunt E m. 2 *supra* semper; et que

27. Discere ne cessa: cura sapientia crescit,  
Rara datur longo prudentia temporis usu.
28. Paree laudato; nam quem tu saepe probaris,  
Una dies, qualis fuerit, ostendit, amicus.
29. Non pudeat, quae nescieris, te uelle doceri:  
Scire aliquid laus est, culpa est nil discere uelle.
30. Cum Uenere et Baccho lis est et iuncta uoluptas:  
Quod lautum est, animo complectere, sed fuge lites.
31. Demissos animo et tacitos uitare memento:  
Quod flumen placidum est, forsitan latet altius unda.
32. Dum fortuna tibist rerum discrimine praua,  
Alterius specta cui sit discrimine peior.
33. Quod potes, id tempta; nam litus carpere remis  
Utilius multo est quam uelum tendere in altum.

sunt a. caueto C post II 7, ubi hoc dist. repetit) | tim reliquis *euanidis* D caueto E m. 2 *suprascr.* | 27, 1 ita habet *Columb. mon.* 49: Plurima discenti semper s. cr. | cessa in cesset *corr.*, ut uid., D cessa in cesses *corr. m. 2* EF necesse scura C | crescit ex crescat *corr. m. 2* F | 28, 1 namq: u (t *supra ras.*) E | 2 habet *Columb. mon.* 138 (fuerint — amicos, quod probauerim reposito u. priore quos) | die F | ostendit in -det *corr.* E et F m. 2 | 29, 1 Non pudeat quae nes in ras. C | Non CDE: Ne F (si recte contuli) s | docere (ut uid.) D, F m. 1 doceri, i *ex corr.* C | 2 aliquit E | nihil CD | uelle C | 30-33 habet A | 30, 1 lis est et iuncta EF: lis est sed iuncta CD est seiuncta (*om. lis*) A, unde malim Baccho est iuncta et seiuncta uol. | 2 Quod est, *suprascr.* lautum est m. 2, E | lautu in ras. C; laeto A, ut malim lactum | complecte tu (tu in ras.) C, sed *eraso* | 31, 1 Dimissos ACD | animis A | 2 Quod | Si F in ras. | placidum est flumen forsitan latet altius unda *totum in ras.* C fluit mens pl. e sed nocet ceteris *euanidis* (id ipsum fortasse) D flu=men=pl. e sed nocet id ipsum *capunxit* E, qui mg. m. 2 adposuit uersum correctum, flumen=pl. e forsitan latet altius unda (tuis unda m. 2 ?) F fl. pl. est forsitan manet altius unda A | 32, 1 Dum A: Cum ceteri (*ex corr.* F Quā E) | tibist rerum *scripsi*: rerum tibi sit A tua rerum tibi ceteri *codd.* (tibi *om. F*, tibi r. tua E m. 2 *corr.*, s) | discrimine praua *scripsi*: discrimine peior A (peior e u. seq.) displicet ipsi ceteri *codd.* | 2 in mg. m. 2 E | =specta C exspecta D | cui | cum A qui E mg. | sis CD sit ita ut t *ex corr. m. 2* sit EF | peior *euanidum in D* | 33, 1 potest A | 2 Utilius multo est A: Tutius est multum E

34. Contra hominem iustum prae contendere noli;  
Semper enim deus iniustas ulciscitur iras.
35. Ereptis opibus noli maerere dolendo,  
Sed gaude potius, tibi si contingat habere.
36. Est iactura grauis quaesitum amittere damno;  
Sed tibi cum ualeat corpus, superesse putato.
37. Tempora longa tibi noli promittere uitae:  
Quocumque incedis, sequitur mors corporis umbra.
38. Ture deum placat, uitulum sine crescat aratro:  
Ne credas gaudere deum, cum caede litatur.
39. Cede locum laesus Fortunae, cede potenti:  
Laedere qui potuit, poterit prodesse aliquando.
40. Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde:  
Uulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
41. Damnaris numquam post longum tempus amicum:  
Mutauit mores, sed pignora prima memento.
42. Gratior officiis, quo sis magis carior, esto,  
Ne nomen subeas quod dicunt officiperdi.
43. Suspectus caue sis, ne sis miser omnibus horis;  
Nam timidus et suspectis aptissima mors est.

Tutius est C Tutius esto D Totiust (multo *suprascr.* m. 2) F Tutius est multo ε | uelum, *litt.* uel *obscuratae* in A || 34, 1 Noli c. h. i. c. prae C || 35—37 *habet* A || 35, 2 si tibi A | contingat A: continget D, F m. 1 contingit E (F m. 2 *corr.*), et C ita ut a supra *alt.* i m. 2 *scripserit* || 36, 1 quaesitum — damno A: quae sunt — dam(p)nis *ceteri codd.* | amittere C | 2 ita *habet* A (nisi quod ualeat sepe, quod *correx*i; ualeas semper *Schenkelius*): Sunt quaedam quae ferre decet patienter amice (D in *fine euanidus*, amicum *corr.* m. 2 E et F) *ceteri codd.* parum apte || 37, 2 incedis A: ingrederis *ceteri codd.* | umbram E ε (D, ut *uidetur*) || 38, 1 Ture C | placat, ca supra *lin.* m. 2, F | aratro C | 2 gaudere D: placare *totum in ras.* m. 2 C placare E et (*alt.* a ex e) F | dum *uulgo* || 39, 1 Cede — cede F | locu (*erasa supra u uirgula*) C loco E | potente (i supra *alt.* e) C | 2 qui poterit (*inter utrumque potuit suprascr.* m. 2) E: qui poterit DF qui potuit (ui *ex corr.*) C | post aliquando *addunt* m. 2 C et F ualebit || 40 *habet* Columb. *mon.* 95 et 96 | 1 ipse om. F m. 1 || 41, 1 Dampn. E | 2 pignora EF || 42, 1 magis e D | 2 quo E | officiperdi || E || 43, 1 caue sis *Withofius*: ca || ueris (*erasa b*)

44. Cum seruos fueris proprios mercatus in usus  
Et famulos dicas, homines tamen esse memento.
45. Quam primum rapienda tibi est occasio prona,  
Ne rursus quaeras iam, quae neglexeris ante.
46. Morte repentina noli gaudere malorum:  
Felices obeunt, quorum sine crimine uita est.
47. Cum coniux tibi sit, ne res et fama laboret,  
Uitandum ducas inimicum nomen amici.
48. Cum tibi contigerit studio cognoscere multa,  
Fac discas, multa a uita te scire doceri.
49. Miraris uersus nudis me scribere uerbis?  
Hoc breuitas fecit, sensu uno iungere binos.

## II. CODICUM TURICENSIS ET VERONENSIS APPENDIX.

1. Laetandum est uita, nullius morte dolendum;  
Cur etenim doleas, a quo dolor ipse recessit.

D caueas et C et E ita ut ea *ex corr.* sit caueas (v supra b, et a *alt.* *ex corr.*) F | oris *codd.* mei | abtissima C | mors ē (s ē a. m. 2 *corr.*) E || 44, 1 Cum *ex corr.* F | seruos fueris proprios D ε: seruos proprios fueris EF fueris proprios famulos *totum in ras.* C || 45, 1 prona *scripsi*: prima *codd.* | iam quae *scripsi*: quae iam *codd.* | neglexeras D || 47, 1 coniux E | ne (c supra e) C et F | laboret *ex -ores corr.* E || 48, 2 discas ita ut cas *ex corr.* sit C et E, *ex distat corr.* m. 2 F: distat D | multa a uita *scripsi*: multa uita *codd.* | te scire *scripsi*: nescire *codd.* | doceri EF: docere C (D *utrum hoc an illud habeat dispicere nequi*) || 49 *Scriuerius inscribit* Epilogus | 1 uersus — uerbis D: uerbis — uersus C ita ut et bis et sus *ex corr.* sint uerbis — uersus EF | 2 *habet* A | Hoc breuitas fecit, sic omnes *codd.* mei | sensu uno iungere *scripsi*: sensu (-sum m. 2 *corr.*) coniungere A sensus coniungere *ceteri codd.*, nisi quod C post II 31, ubi u. 2 *repetit* sensu coniungere *praebet* | bonos C binis (o supra *alt.* i) D || Explicit lib. III. catonis D Explicit quartus E, *carent subscriptione* CF

II. 1 *habet* C post II 4; cf. *infra Coll. Monost.* 54 sq. | 1 Letanda est C | 2 Cur enim doleas eū a quo C || post II 7, 1 C *primo u.* Dulcis enim — laborem (cf. *infra Coll. Monost.* 53), *deinde ha-*



2. Quod scieris opus esse tibi, dimittere noli;  
Oblatum auxilium stultum est dimittere cuiquam.
3. Perde semel, socium ingratum quom noueris esse;  
Saepe dato, quom te scieris bene ponere dona.
4. Dissimula laesus, si non datur ultio praesens:  
Qui celare potest odium, pote laedere quem uult.
5. Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus,  
Si laesit nerbo: bonitas sine crimine nil est.
6. Contra hominem astutum noli uersutus haberi:  
Non captare malos stultum est, sed uelle cluere.
7. Dat legem natura tibi, non accipit ipsa.
8. Quod tacitum esse uelis, uerbosis dicere noli.
9. Fortunae donis paruam tribuisse memento:  
Non opibus bona fama datur, sed moribus ipsis.

### III. COLLECTIO MONOSTICHORUM.

Utilibus monitis prudens adcommodet aurem.  
Non laeta extollant animum, non tristitia frangent.  
Dispar uiuendi ratio est, mors omnibus una.

*bet 2, in quo scieris esse tibi opus exhibet || reliqua ex A desumpta || 3, 1 Perde semel socium quem ingr. cognou. (cog. del. m. 2) e. A, correxi (Perdideris temptauit Schenkelius) || 2 in rasura scriptum admodum obscurum habet A, haec enucleauit Schenkelius: Pe . . . to bonis scieris bene (ne del. m. 2) ponere aequius addes, unde quae posui erui || 4, 2 caelare potest o. post est ledere A, corr. Schenkelius || 5, 1 habet etiam Columb. mon. 25 (iterumque 109) || 2 nihil est A; an nulla est ? || 6, 2 uelle cluere (i. e. uelle inde gloriam nancisci) scripsi: uelle nocere A sine sensu || 8 Quod tacitum esse uis dicere noli A, quod correxi (uelis aliis tu d. Schenkelius) || 9 ante cognitum A iam Scriuerius exhibuit || 1 donis paruam tribuisse Schenkelius: donis semper paruasse A damnis semper parere Scriuerius || 2 habet etiam Columb. mon. 36 | fama datur Columb., Scriuerius: uitatur A | ipsis A, Scriuerius: almis Columb.*

III. *De codd. cf. supra p. 212 || 1 om. D | accomodet E ac-commodat B adcomodet (a m. 2 supra e) C | aures C m. 2 || 2 (Columb. 103) om. BD | non] nec E | s ante tristitia erasa in C || 3 om. BD*

Grande aliquid caueas timido committere cordi.  
Numquam sanantur deformis uulnera famae. 5  
Naufragium rerum est mulier male fida marito.  
Tu si animo regeris, rex es; si corpore, seruus.  
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.  
Nullus tam parcus, quin prodigus ex alieno.  
Audit quod non uult, qui pergit dicere quod uult. 10  
Non placet ille mihi, quisquis placuit sibi multum.  
Nulli seruitium si defers, liber haberis.  
Uel bona contemni docet usus uel mala ferri.  
Ex igne ut fumus, sic fama ex crimine surgit.  
Paulisper laxatus amor decedere coepit. 15  
Splendor opum sordes uitae non abluit unquam.  
Improbis officium scit poscere, reddere nescit.  
Inridens miserum dubium sciat omne futurum.  
Mortis imago iuuat somnus, mors ipsa timetur.  
Quanto maior eris, tanto moderatior esto: 20  
Alta cadunt odiis, parua extolluntur amore.  
Criminis indultu secunda audacia crescit.  
Quemlibet ignauium facit indignatio fortem.  
Diuitiae trepidant, paupertas libera res est.

*4 om. A | Grandem D | modico B | corda C || 5 deformes uulnera A | formae C || 6 om. BD | malefida (sic A) m. 2 in malefica corr. C || 7 om. B | animo m. 2 ex animarū corr. C | seruis D || 8 (Columb. mon. 104) om. BD, in marg. sup. m. 2 C habet (ut et u. 9) | optimus A || 9 om. AD | quam C || 10 om. B | Audit m. 2 ex Aut corr. E || 11 om. AB | placuit in placeat corr. m. 2 C || 12 om. BD | Nulli E: Iuris A Iuri CF | si defers scripsi: defers si E defer sic A defer (differ C) si ceteri | aberis C m. 1 || 13 om. AB | contempni DE contempnit in -ptum m. 2 corr. C | ferre D, et sic ex ferri corr. E || 14 Exigui (pro Ex igni) A || 15 solus habet A | decedere potest A, correxi (quibit Maius) || 16 soli habent AD || 17 om. AF | offitium D || 18 om. B | Irident DE | omne sciat D || 19 om. BF | imago C | iuuat D | tenetur D, et E m. 1 || 20 om. BD, habet Columb. mon. 105 (ubi tu cautior pro moderatior) || 21 Alta] Magna E | ostiis C m. 1 || 22 om. ABD | audacia C || 23 om. AB | Quaelibet C; malim Quamlibet | fatit indignatio D || 24 om. D | Diuicie E*

Haut homo culpandus, quando est in crimine casus. 25  
 Fac quod te par sit, non alter quod mereatur.  
 Dissimilis cunctis uox uultus uita uoluntas.  
 Ipsum se cruciat, te uindicat inuidus in se.  
 Semper pauperies quaestum praediuitis auget.  
 Magno perficitur discrimine res memoranda. 30  
 Terra omnis patria est, qua nascimur et tumulamur.  
 Aspera perpessu fiunt iocunda relatu.  
 Acrius appetimus noua quam iam parta tenemus.  
 Labitur ex animo benefactum, iniuria durat.  
 Tolle mali testes: leuius mala nostra feremus. 35  
 Saepe labor siccet lacrimas et gaudia fundit.  
 Tristibus adficiat grauius, si laeta recorder.  
 Quid cautus caueas, aliena exempla docebunt.  
 Condit fercla fames, plenis insuauia cuncta.  
 Doctrina est fructus dulcis radicis amarae. 40  
 Cum accusas alium, propriam prius inspice uitam.  
 Qui uinci sese patitur pro tempore, uincit.  
 Dum speras, seruis, cum sint data praemia sensis.

25 Haut **AD** Haud (tanto *m. 2* *supraser.*) **C**: Non **BE** Tunc  
**F** | captandus **A** | quanto **C** *m. 2* *corr.* | casus] lapsus **E** || 26  
*om.* **B** | quod *ex* quam *et* par sit *ex* prassit *corr. m. 2* **C** | num  
quod moneat te ? || 27 *om.* **B** | cunctos **A** || 28 *om.* **AB** | uendi-  
cat **E**; *nonne* se uind. — in te ? || 29 *om.* **ABD** | pauperis *ex*  
perpauperis *corr.* **C** | perdiu. **C** *m. 1* || 30 *om.* **AB** | perfic. **E**:  
confic. **CDF** || 31 *om.* **ABE** | omnis **CDF**: hominis *Pithoeus* || 32  
*om.* **BD** | perpessu, *prior s. supra lin.* **A** || 33 *om.* **ABD** |  
quam **F**: cum **E** q **C** | parte **C** || 34 *om.* **B** || 35 *om.* **AB** || 36 *om.*  
**BD** | dolor sicut **A** | fundunt **AC** || 37 *om.* **B** | affituar **D** afficior  
**E**, *et sic C qui uocem m. 2* *addit* | grauis **D** | recorder **E** re-  
cordes (*or. m. 2 supra es*) **C** || 38 *om.* **BD** | Quod **E** | cantus **C**  
*m. 1* | nocebunt **E** || 39 *om.* **BDE** | fames **C**: famis **A** || 40 *om.*  
**BD** | Doctrina est **C**: Doctrina *ēē* **A** Doctrina *ēē* **E** | radicis **E**:  
radices **A** indicis **C** || 41 *solus habet A (Columb. 106)* | Cum ac-  
cusas **A** (Cumque alium censes *Columb.*): Accusans *Maius* | prior  
*Columb.* | uitam **A**, *Columb.*: mentem *Maius* || 42 *om.* **BCF** |  
patitur pro *m. 1 in ras.* **A** || 43 *solus habet A* | cum data sint  
**A** | sensis *scripsi*: saeuus **A** seruis *Maius male*

Nemo ita despectus, quin possit laedere laesus.  
 Ille nocet grauius, quem non contemnere possis. 45  
 Quod metuis cumulas, si uelas crimine crimen.  
 Consilii regimen uirtuti corporis adde.  
 Cum uitia alterius satis acri lumine cernas  
 Nec tua prospicias, fis uerso crimine caecus.  
 Suffragium laudis quod fert malus, hoc bonus odit. 50  
 Si piget admissi, committere parce pigenda.  
 Quod nocet interdum, si prodest, ferre memento:  
 Dulcis enim labor est, cum fructu ferre laborem.  
 [Laetandum est uita, nullius morte dolendum:  
 Cur etenim doleas, a quo dolor ipse recessit?] 55  
 Spes facit illecebras uisunque libido mouetur.  
 Non facit ipse aeger, quod sanus suaserit aegro.  
 Ipsos absentes inimicos laedere noli.  
 Ulcus proserpit, quod stulta silentia celant.  
 Nemo reum faciet, qui uult dici sibi uerum. 60  
 Uincere uelle tuos satis est uictoria turpis.  
 Nonnumquam uultu tegitur mens tetra sereno.  
 Quisque miser casu alterius solatia sumit.  
 Uera libens dicas, quamquam sint aspera dictu.  
 Uir constans quicquid coepit complere laborat. 65  
 Iniustus, qui sola putat proba quae facit ipse.

44 *om.* **BCF** | dispectus qui non **A** | lesus ledere possit **E** ||  
45, 46 *solus A habet* | Ille etiam grauius nocet **A**, *corr. Maius* ||  
quem non contemnere *scripsi*: quem contempnere **A** quem tu  
cont. *Maius* || 47 *habent AE* || 48, 49 *distichon solus habet A* |  
cernas *Maius*: cernis **A** || 49 uerso *scripsi*: uerus **A** uero *Bueche-*  
*lerus* || 50 *solus habet A* || 51, 52 *solus habet D* || 51 amissi **D** ||  
53 *habent BD (et Turicensis supra p. 235 not.)* || 54—55 *habent D* ||  
(nullis); *cf. supra Append. Distich. p. 235* || 56—59 *habent DE* ||  
56 illecebra **D** | usque **E** || 57 eger *ex piger corr.* **E** || 59 si-  
lencia **D** || 60 *et 61 solus D habet* || 60 re=um fatiet qui uul **C** ||  
62—64 *habent DE* || 62 Numquam **D** | teeta **E** || 63 solacia **D** ||  
rimat **E** || 64 *hab. DEF* || 65 *hab. BCDEF* | labore **B** *m. 1* || 66  
*hab. CF* | Inuitus (*s. supra it m. 2*) **C**; *nec displicet* Inuisus | pro-  
bae facit (*e m. 1 deleta*) **C**

Omne manu factum consumit longa uetustas.  
 Haut multum tempus mentis simulata manebunt.  
 Quidquid inoptatum cadit, hoc homo corrigit arte.  
 Durum etiam facilem facit assuetudo laborem. 70  
 Robur confirmat labor, at longa otia soluunt:  
 Ut niteat uirtus, absit rubigo quietis.  
 Sat dulcis labor est, cum fructu ferre laborem.  
 Magni magna parant, modici breuiora laborant.  
 Ne crede amissum, quicquid reparare licebit. 75  
 Non pecces tunc, cum peccare impune licebit.  
 Tristis adest messis, si cessat laeta uoluptas.  
 Absentum causas contra maledicta tuere.

#### IV. EX COLUMBANO QUAE UIDENTUR CATONIS ESSE.

Corporis exsuperat uires prudentia mentis.  
 Ne tua paeniteat caueas uictoria temet.  
 Uir bonus esse nequit nisi qui siet omnibus aequus.  
 Non tu quaeso iocis laedas nec carmine quemquam.

67 hab. CEF, idemque 68, in quo Haut multum E: Hand  
 ullum CF | mentis E: uanitas CF bonitas Riesius grauitas uel  
 uirtus Buechelerus | manebunt ex manebit (sic CF) corr. E ||  
 69-74 solus habet E || 69 Quidquid ex Quicquid E | arte Uindobonensis  
 gemellus: ante E || 70 sic E: facit assuescendo Uindob. ||  
 73 (= 53) delendus | 75 habent CE | Nec rede C || 76-78 solus E ||  
 76 melius tum || 77 cesset E, correxi | uoluntas E, correxi || finiunt  
 E et gemellus Uindobonensis in hoc disticho fortasse antiquo:

Debile saepe caput totum dat debile corpus,  
 Set firmum faciunt fortia membra caput.

cuius u. 1 tot dat tibi E || u. 2 Set ego: Et E Uindob. | faciunt  
 firmum E

IV. cf. supra p. 213 || 1 = Col. bis 10 et 120 (hic excellit  
 et sapientia); num παράφρασις distichi IV 12 ? || 2 = Col. 21  
 3 = Col. 29 || 4 = Col. 32 (quaeso num genuinum ?)

Sit seruus mentis uenter, sit serua libido. 5  
 Eripe, si ualeas, non suggere tela furenti.  
 Saepe nocet puero miratio blanda magistri.  
 Cum sapiente loquens perpaucis utere uerbis.  
 Egregios faciet mentis constantia mores.  
 Felix, qui causam loquitur prudentis in aurem. 10  
 Tantum uerba ualent, quantum mens sentiat illa.  
 Non erit antiquo nouus anteferendus amicus.  
 Moribus egregiis facias tibi nomen honestum.  
 Cui prodest socius, qui non prodesse probatur?  
 Res se uera quidem semper declarat honeste. 15  
 Actibus aut uerbis noli tu adsuescere prauis.  
 Praemeditata animo lenius sufferre ualebis;  
 Quae subito adueniunt, multo grauiora uidentur.  
 Felix, alterius cui sunt documenta flagella.  
 Praemia non capiet, ingrato qui bona praestat. 20  
 Omnis paulatim leto nos applicat hora.  
 Ante diem mortis nullus laudabilis exstat.  
 Doctor erit magnus, factis qui quod docet implet.  
 Quod tibi uis fieri, hoc alii praestare memento;  
 Quod tibi non optes, alii ne feceris ulli. 25  
 Corripe prudentem: reddetur gratia uerbis.  
 Plus tua quam alterius damnabis crimina index.  
 Sis bonus idque bonus, laesus nec laede nocentem.  
 Uir prudens animo est melior quam fortis in armis.

5 = Col. 34 || 6 = Col. 39 || 7 = Col. 40 (miratio scripsi:  
 miseratio Frising.) || 8 = Col. 46 || 9 = Col. 54 || 10 = Col. 58 ||  
 11 = Col. 59 || 12 = Col. 61, ubi 62 subicitur Difficile inuenies  
 uerum fortassis amicum (quod molesto illo fortassis apte emen-  
 dato num coeat cum priore in distichon uide) || 13 = Col. 63 ||  
 14 = Col. 65 (socius scripsi: socio Frising.) || 15 = Col. 68  
 (seuera Frising., correxi) || 16 = Col. 70 || 17 et 18 = Col. 75,  
 76 in distichon coniuncti (17 animo et ualebis scripsi: quidem  
 et ualebunt Frising.) || 19 = Col. 79 (cui sunt alius liber: cuius  
 Frising.) || 20 = Col. 80 || 21 = Col. 82 || 22 = Col. 83 || 23 =  
 Col. 85 || 24 et 25 = Col. 86 et 88 in distichon coniuncti (25  
 num optas ?) || 26 = Col. 91 || 27 = Col. 107 || 28 = Col. 108  
 (atque Frising., correxi) || 29 = Col. 119 (cf. distich. IV 12)

Diuitias animo iniustas attendere noli. 30  
 Semper auarus amat mendacia furta rapinas.  
 Inuidiae maculat famam mala pestis honestam.  
 Nil sine consilio facias: sic facta probantur.  
 Instanter facias, sors quae tibi tradat agenda.  
 Improperes numquam, dederis munuscula siqua. 35  
 Omnia pertractet primum mens uerba loquelae.  
 Sic nouus atque nouum uinum ueterascat amicus.  
 Alma dies noctem sequitur somnosque labores.  
 Tempora dum uariant, animus sit semper honestus.  
 Corripe peccantem, noli at dimittere, amicum. 40  
 Obseruat sapiens sibi tempus forte loquendi;  
 Insiapiens loquitur spretum sine tempore uerbum.  
 Iam magnum reddis modico tu munus amico,  
 Si ipsum ut amicus amas: amor est pretiosior auro.  
 Diues erit semper, dure qui operatur in agro; 45  
 Otia qui sequitur, ueniet huic semper egestas.  
 Omnibus est opibus melior uir mente fidelis.  
 Qui bona sectatur, prima bene surgit in hora.  
 Multorum profert sapientis lingua salutem.  
 Hostili in bello dominatur dextera fortis. 50  
 Lingua ligata tibi multos acquirit amicos.  
 Diligit hic natum, uirga qui corripit illum.

30 = Col. 121 || 31 = Col. 133 || 32 = Col. 142 || 33 = Col. 143 || 34 = Col. 146 (tradit ?) || 35 = Col. 152 (de uerbo improperare cf. Petron. 38) || 36 = Col. 153 (Omnia scripsi: Omnis Frising.) || 37 = Col. 156; praecedit hic uersus: Dum poteris, benefac caro tu semper amico, sequitur hic: Rebus in aduersis numquam dimittis (?) amicum || 38 = Col. 159 (somnosque scripsi: sic dona Frising.) || 39 = Col. 160 || 40 = Col. 171 (at ego: et Frising.), cui Col. subiungit ex sua puto fabrica: Corripere est melius notum quam perdere amicum || 41 et 42 = Col. 174, 75 in distichon coniunxi (41 forte scripsi: in ore Fris.) || 43 et 44 = Col. 188, 89 coniunxi (43 reddas, 44 Semper amicus amat Fris., correxi) || 45, 46 = Col. 190, 91 consociavi (45 dure semper Frising., correxi) || 47 = Col. 192 || 48 = Col. 199 || 49 = Col. 200 || 50 = Col. 201 (Hostili scripsi: Hostibus Frising.) || 51 = Col. 203 (ligata tibi scripsi: placata sibi Fris.), cui Columb. subicit suam scil. sententiam: Pone tuis uerbis uectes serasque loquelis || 52 = Col. 207.

## XXXV.

## CATONIS DE MUSIS UERSUS.

Clio gesta canens transactis tempora reddit.  
 Dulciloquis calamos Euterpe flatibus arguet.  
 Comica lasciua gaudet sermone Thalia.  
 Melpomene tragico proclamat maesta boatu.

Hoc carmen, quod eius qui disticha scripsit esse certe potest, huic subiunxi; extat in codicibus A (Turicensi 78 saec. IX fol. 118); B (Caroliruhensi 36 f. saec. IX—X fol. 19), C (Vossiano L. Q. 33 saec. X fol. 133), D (Cantabrigiensi collegii S. Trinit. O. 4. 11 saec. X—XI fol. 96) a me conlatis, E (Parisino 7930 saec. XI fol. 204) apud Riesium A. L. 664; etiam in aliis codicibus haud paucis legitur, ut tamen noui nil adferant; in deliciis erant hae uersus per medium aeuum, unde et habentur in A. Mai mythogr. II c. 24 (ordine uo. inuerso) et a Papia maximam partem adferuntur. cf. Anth. lat. Burmanni I 74, Meyeri 617—619 || inscribunt Nomina musarum A Uersus Catonis de musis uel nominibus philorum B Incipiunt uersus Catonis philosophi de nouem musis C Nomina nouem musarum et uersus (uoluitne usus?) earumde D Uersus de VIII musis et nomina earum E; et similiter ceteri codd. || praemittunt codd. (et A quidem in marg., ceteri ante uersus) haec medio scilicet aeuo asuta: Clio historias (ist. B yst. D), Euterpe tibias, Thalia (talia CD) com(o)edias, Melpomene trag(o)edias, Terpsichore (terpsych. C, -core B) psalterium (spalt. B), Erato (-tho BD) geometricam (ex -triam corr. B, geomet. C), Polymnia rhetoricam (reth. AC), Urania astrologiam (-logiam ex -ligiam corr. A), Calliope (Calliope AC) litteras; tum Incipiunt uersus addit B || 2 Dulciloques E | urget BCD || 3 Comico las ciuo A | lasciua E, qui et talia (t'alia, h. suprascr. C) || 4 Melpone (me supra on m. 2) A | tragico DE: tragica ABC | mesta fere codd. (mestu D)

Terpsichore affectus citharis mouet impetrat auget. 5  
 Plectra gerens Erato saltat pede carmine uultu.  
 Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.  
 Urania arce poli motus scrutatur et astra.  
 Carmina Calliope libris heroica mandat.  
 Mentis Apollineae uis has mouet undique Musas, 10  
 In medioque sedens complectitur omnia Phoebus.

5 Terpsichore **BD** (h in **C** supra lin. add.) | cytharis **ACD** | impetrat *scripsi*: imperat *codd. omnes* || 6 Plectra **E** | eratho **BDE** | casmine **A** || 7—9 ita ponunt **DE**: 8, 9, 7 collocant **ABC** et ceteri omnes (in Angelicano V. 3. 22 saec. XI hic est ordo: 7, 6, 8, 9); et sic uulgo, cum tamen turbas ipsum praemissum ostendat || 7 loquitur (om. que) **E**; loquitur Polyhymnia uulgo *edd.* | polymnia **BD** polimnia **E** || 8 Urania arce poli *scripsi*: Urania poli *codd. omnes* (poliq. **B**), Uranie caeli uulgo uolentissime; intercidisse uoculam, quod codicum scriptura paene clamat, iam sensit libri cuiusdam Vossiani nouicii librarius Uranie ipsa poli contra artem simul usumque horum uu. reponens; poli pariter cum arce et motus uocabulis coniungas || 9 caliope **AC** || 10 apollonee **A** appoll. **C** | 11 medioque sedens *scripsi*: medio residens *codd. omnes* (aut 10 aut 11 spurium putat *Riesius*) || inter 10 et 11 **DE** *inserunt*: Diuus apollo nouem musarum nomina signat, addunt eidem post 11: Cerne superficiem lector pariterque medullam (medelam **D**).

## XXXVI.

## EPITAPHIUM UITALIS MIMI FILII CATONIS.

Quid tibi, mors, faciam, quae nulli parcere nosti?  
 Nescis laetitiam, nescis amare iocos.  
 His ego praeualui toto notissimus orbi,  
 Hinc mihi larga domus, hinc mihi census erat.  
 Gaudebam semper. quid enim, si gaudia desint, 5  
 Hic uagus ac fallax utile mundus habet?  
 Me uiso rabidi subito cecidere furores;  
 Ridebat summus me ueniente dolor.  
 Non licuit quemquam curis mordacibus uri  
 Nec rerum incerta mobilitate trahi. 10  
 Uincebat cunctos praesentia nostra timores

Carmen, quod distichis Catonis fere subiungunt codices **A** (= Turicensis 78 fol. 95: cf. supra p. 105), **B** (= Reginensis 2078 saec. IX—X fol. 121), **C** (= Parisinus 2772 saec. X—XI fol. 96), **D** (= Reginensis 1414 saec. XI fol. 12), **E** (= Parisinus 8319 saec. XI fol. 54), hic loci exhibere est uisum, cum quae fides librorum inscriptioni sit habenda certo erui nequeat. — in **AD** meis, in **CE** Hauthalii (praef. Cat. dist. p. VII) *Riesique* (A. L. 683), in **B** Mauii collationibus sum usus. — extat apud *Burm. A. L.* IV 20, *Mey.* 1173. — titulo caret **A**; sicut dedi, habet **D**; Epitaphium filii Cat(h)onis **BC** Epitaphiū Uitalis mimi **E** || 1 tibi om. **D** || 2 adfert *Ermenricus in epistula ad Grimoldum* (p. 10 *Duennl.*) sic: in epitaphio filii Catonis Censorini dicentis, ad stabiliendum nescis trochaicum | amara coni. *Burmannus* || 3 ergo **B** | notiss. in nitidiss. *corr. m. 1 A* | urbi **BC** || 4 caesus **B** cesus **C** || 5 semper | mihi **D** || 6 uagis **BC**; nonne potius malus? || 7 uiro **BC** uero **D** | rabiti **B** | cecidere **D** || 8 Ridebā **D** || 9 curis mordacibus uri *scripsi*: mordacibus urere curis *codd.* (ordac. **B** curris **B, C m. 1**) || 10 nobilitate **E**

Et mecum felix quaelibet hora fuit.  
 Motibus ac dictis, tragica quoque ueste placebam  
 Exhilarans uariis tristia corda modis.  
 Fingebam uultus, habitus ac uerba loquentum, 15  
 Ut plures uno crederes ore loqui.  
 Ipse etiam, quem nostra oculis geminabat imago,  
 Horruit in uultus se magis isse meos.  
 O quotiens imitata meos per femina gestus  
 Uidit et erubuit totaque muta fuit! 20  
 Ergo quot in nostro uiuebant corpore formae,  
 Tot mecum raptas abstulit atra dies.  
 Quo uos iam tristi turbatus deprecor ore,  
 Qui titulum legitis cum pietate meum:  
 'O quam laetus eras, Uitalis' dicite maestri, 25  
 'Sint tibi di tali, sint tibi fata modo'.

12 ora **ABC** || 13 traica **B** | ueste *Buechelerus*: uerba *codd.* uoce *Pithoeus* | placebat in -bā *corr. m. 1* **C** placebunt **D** || 14 Exilarans *codd. praeter D* | tristia *ex* tristicia *m. 2 corr.* **B** tristitia **CE** || 15 Angebam **CD** | loquentū **E corr.**: loquentur *codd.* || 16 crederis *codd.*, nisi quod in **A** e *supra* i *m. 1* est positum; crederēs *tam ferendum quam u. 2* nescīs || 17 nostris **D** || 18 uultus — meos *codd.*: uultu — meo *Mainus* | ≡ isse (is *ex n corr.*) **A**, uti uoluit *Burmmanus*: ense **BCD** ≡ esse (*prior s ex corr.*) **E** || 19 quoties **AB** || 20 imitata *ita ut ta alt. supra lin. sit* **A** imita **BC** | meos per femina *scripsi*: meo ≡ se ≡ femine **A** (*qui in marg. habet R, id est require*) meos es semina **BCD** meo se femina **E** | gestus *ego*: gestu — **A** gestu *ceteri* || 20 tota ≡ quem (*erasa m*) **B** tota quem **C** tota que ≡ **E** | muta *scripsi*: mata **CD** *et (o supra prior. a, = mota)* **E** nata **B** compta **A** *interpolate* || 21 Ego **B, C m. 1** | quod **B, et C m. 1, ut uid.**; quot *m. 1 ex qui corr.* **A** | uiuebant *Goetzius (Ritschelii acta soc. phil. Lips. V p. 320): uidebantur codd. (uideantur E) ridebant Hauthalius* | corpora (*e supra a*) **A** || 22 raptas *Pithoeus: raptor codd. (rapitor E)* | ad radies **B** || 23 Quod **CD** || 24 titulum *Burmmanus et Schraderus: tumultum codd.* | mecum **B, et ita ex meum corr. m. 1** **A** || 26 di tali *scripsi*: uitalis *codd.*, nisi quod uitalis *m. 1 in dii tales corr.* **A** | fata *Heinsius: laeta codd. e glossa.*

## XXXVII.

## [LACTANTII]

## CARMEN DE AUE PHOENICE.

Epyllion, quod infra extat, per medium aeuum diligenter lectitatum indeque multifariam corruptum (cuius rei testimonium praebet iam incertus saeculi VII grammaticus, qui de dubiis nominibus scripsit, apud Keilium uol. V p. 571 sqq.) continent codices ad communem archetypum (0) redeutes hiee:

**A** = Parisinus 13048, olim Sangermanensis, saeculo VIII scriptura langobardica exaratus, inter Venantii Fortunati poemata fol. 47<sup>a</sup>—48<sup>b</sup> uersus 1—110 sine titulo exhibens. quem librum a prioribus neglectum, a me a. 1875 conlatum, in memoriam philologorum reduxi epistolio ad Fr. Ritschelium dato et musei Rhemani uol. XXX p. 308 sq. inserto.

**B** = codex bibliothecae capitularis Veronensis 163, saec. IX, continens Claudianum maxime (cf. et supra p. 206), cuius post Phoenicem legitur nostrum carmen fol. 14<sup>a</sup>—19<sup>b</sup> cum hac inscriptione *Item Lactantii de eadem aue*. librum, de quo cf. L. Jeepius Claudiani sui uol. I p. XXXII sq., ipse excussi a. 1873 iterumque nonnullos locos examinaui a. 1876. — lectiones, quas manus altera (*m. 2*) saeculi XIV uel XV corrigendo intulit, plerumque uilissimae.

**C** = Vossianus L. Q. 33 saec. X, de quo cf. supra

p. 105, fol. 73<sup>a</sup>—75<sup>b</sup> *uersus Lactantii de aue Phoenice* habet. ipse contuli.

Ab his libris, ex quibus praeter minutissima quaedam omnes lectiones accuratissime sunt adnotatae, tota textus recensio pendet. quibus codices interpolatos, quia et horum specimen praebere non inutile uisum est et nonnullis certe locis non sine commodo comparari possunt, adieci

D = codicem Cantabrigiensem [Bibl. Uniuers. Gg. 5. 35], saeculi XI, qui inter multa poemata christiana fol. 168<sup>a</sup> — 170<sup>b</sup> habet Phoenicem praemisso titulo: *Incipit libellus de fenice. paradisi ut fertur habitatrice. Quidam ferunt Lactantium. hunc scripsisse libellum.* excussi a. 1875. cum quo ad idem exemplar redit:

E = Bodleianus F. 2. 14 saec. XII fol. 126<sup>b</sup>—128<sup>b</sup> sine inscriptione libellum continens; ipse contuli.

Ex D et E dedi scripturae uarietatem selectam, omissis singulorum corruptionibus interpolationibusque haud raro foedissimis. quibus addere possem Parisinum 8091 saec. XII (fol. 124—126) et eiusdem aetatis Bruxellensem 5331 (fol. 132) plane illis gemellos, si quidquam noui aut fructuosi afferrent. nec minus tuto abicere licet innumerabilem copiam librorum saeculo XIV maximeque XV scriptorum, quorum specimen si desideras in Martinii editione habes. pauca, quae correctiora in his leguntur ex Italorum coniecturis, siglum  $\xi$  designat.

Phoenix num Lactantii Firmiani, celeberrimi scriptoris ecclesiastici, opus genuinum sit necne, multi inde a longo tempore quaesiuerunt. nam ne codicibus praepropere demus fidem, obstat ipsum poema a christiano sentiendi more, si in uniuersum spectas, alienum. non defuere quidem quibus lucus ille, quem in primo oriente situm praedicant uu. 1—29, paradisum in memoriam reuocaret; perperam id quidem, cum neque uersus ipsi ad hanc imaginem mente concipiendam inuitent

neque ignotum sit, ex priscorum maximeque Graecorum de terris praesertim orientis miraculosis narrationibus tales fluxisse descriptiones, quin ipsos scriptores christianos ad harum similitudinem suas de paradiso opiniones conformasse: cf. E. Rohde libri 'der griechische Roman' inscripti pgg. 176—219. porro quod ad chiliasmum Firmiani prouocant, cum u. 59 mille uitae anni aui Phoenici dentur (cf. Riesius mus. Rhen. XXXI p. 446 sqq.): iuuat adponere Taciti [ann. VI 28] uerba *de numero annorum uaria traduntur; maxime uulgatum quingentorum spatium; sunt qui adseuerent mille quadringentos sexaginta unum interici.* unde et Martialis [ep. V 7, 2] *decem saecula* et Plinius [XXIX 1, 29] post millesimum annum redire alitem commemorantes facile demonstrant cur posterioribus (ut etiam Claudiano et Ausonio) numero rotundo *mille* uti praeplacuerit. neque quidquam ad diiudicandam quaestionem contulisse puto Hermannum Dechent ex Firmiani scriptis similes locutiones congerendo [mus. Rhen. XXXV p. 39 sqq.]; nam praeter commune utriusque scriptoris tempus certi nihil comprobant. ita autem sese res habet: paucissima, quae aliquo modo uideri queant scripta esse ab homine christiano (enotauit haec Ebertus libri 'Geschichte d. christlich-lateinischen Litteratur' p. 97, sed ut ipse, sicut par erat, nihil ponderis eis adtribueret), eiusmodi sunt ut a gentili non minus bene possint profecta esse. contra cum tot carminis loci quasi ultro offerrent ansam Phoenicis fabulam ad christianae fidei praecepta adaptandi, mirandum profecto foret si auctor christianus hanc occasionem adeo spreuisset. deinde uero ipsa ales tamquam Phoebo sacra tanta cum cura describitur et ad Phoebi honorem totum libelli exordium ita spectat, uix ut negare possis — nullo quidem si praeiudicio teneris — de ethnicismo poetae sacris fortasse Mithriacis imbuti. at, inquiunt, nihilne tu das auctoritati

Gregorii Turonensis, qui in libelli de cursu stellarum ante a. 582 compositi [edidit Fr. Haasius a. 1853 in progr. Vratislaviensi] capite eo, quo de septem miraculis mundi agitur, carmen nostrum accurate enarratum diserte tribuit Lactantio? ego uero quid de hac re statuam aperturus hic ponam ipsius Gregorii uerba non inutiliter cum poemate nostro conferenda: *tertium est quod de Phoenice Lactantius refert. magna est, ait, corpore et decora plumis unguibusque et oculis; quae alterius auis non est iuncta consortio nec iuncta coniugio. nam et nescire homines manifestum est, cuius sit generis, masculus an femina siue neutrum* (u. 163). *haec postquam mille transierit annos, petit locum omnibus locis mundanis celsitudine praeminentem, in quo habetur lucus uiridi coma, uerno hibernoque perdurans, in cuius medium fons est magnus et ubertate profluus et lenitate praeclarus* (25); *huius in litore arbor nobilis reliquas luci arbores proceritate praecellens; in huius arboris uertice haec auis de diuersis pigmentorum generibus construit sibi 'seu nidum siue sepulchrum' (77) insedensque in medio eius ore odoramenta adtrahit seque ex his tegit; tunc diuersis modulis incipit cantus effundere suaves ac de nido exiliens aquarum se undis immergit; quod cum ter quaterque repetierit, ascendit iterum super nidum adtrahitque de nouo super se odoramenta, quae detulit; emicante autem sole primum ei iubar ingerit ignem, adprehensumque nidum totum integre concrematur; tunc puluis exustus ad se colligitur et in unam massam quasi in oui specie conglobatur; ac exinde iterum surgens resumpta uita nutritur, nec cuiquam homini, dum implumis est, pascere cura est* (110); *tantum rore caelesti nutrita ad pristinam speciem reuocatur, et ipsius figurae eisdem plumis eodemque colore reparata progreditur, ut prius fuerat ante mortem. quod miraculum resurrectionem humanam ualde firmat et ostendit, qualiter homo luteus redactus in puluere sit iterum de ipsis fauillis tuba canente resus-*

*citandus.* non dubitauerunt inde ab Hauptio [edit. Ouidii Haliout. praef. p. XXXVII] uiri docti, quin id quod manibus tenemus carmen ob oculos habuerit Gregorius. quod mihi nunc quidem (nam olim et ipse huius eram particeps opinionis) longe secus uidetur. aspice enim quae quantaque sit differentia. apud nostrum e lucro in hunc mundum auis moritura euolat (u. 69 sqq.), apud Gregorium appetit ipsum lucum; tum fons uiuus in hoc situs ad Phoebi sacra pertinet apud poetam gentilem, apud episcopum Turonensem ad auis recreationem\*); in Syria arborem altam ad extruendum nidum Phoenici electam noster uult esse positam, Gregorius in litore riui lucum perfluentis. unde sua quisque sponte semel admonitus perspicit christianam fabulae transmutationem: in paradiso et adiuuante aqua sacra alitem renascentem fecerunt patres ecclesiastici. compara etiam cetera: habes sententiarum ordinem saepe diuersum, in aliis quoque rebus quae non congruant (ut Phoebi auxilium aui moribundae praestitum, in quo Claudianus facit cum Lactantio Gregoriano); sola uerba hic illic concinunt, quamquam hic concentus non est alius quam qui carmini nostro cum Claudiani epyllio est communis: certae dictiones poeticae utrobique occurrunt. in tanta autem discrepantia iam nemo puto contendet, Gregorium id quod possidemus poema sua expressisse enarratione. quem equidem censeo respexisse Firmiani librum hodie deperditum. hic enim teste Hieronymo [uir. ill. 80] composuit *ὄδοιπορικὸν de Africa usque Nicomediam, hexametris scriptum uersibus* (puto, cum sub Diocletiano Nicomediam, ad docendam rhetoricam acciretur), in quo Phoenicis fabulam inserere latiusque persequi potuit ita ut christianum colorem induceret descriptioni ei

\* hinc apparet quam peruerse Th. Birtius mus. Rhen. XXXIV p. 9 Gregorii uerbis ita abusus sit ut in carmine nostro inter u. 92 et 93 hiare textum diceret.



quam paulo ante exhibuerat gentilis nostri libelli auctor fere aequalis\*). quodsi Firmiano notum fuisse statui-  
mus nostrum carmen, illa et in rebus differentia et  
in nonnullis orationis flosculis congruentia explicatur.  
iam Claudianus (quem tota quaestione iterum cum  
cura perpensitata nunc imitatore potius fuisse intel-  
lego) utrorumque uersus memoria tenens ita in suo de  
Phoenice opusculo respexit ut ethnici poetae uestigiis  
magis incedens pauca tamen a christiano sumere non  
dedignaretur, ceterum in sensibus poeticis illo quidem  
grandior augustiorque. Firmiani autem uersus par est  
ipsum Gregorium nouisse; sed eidem cum tempore in-  
secuto perirent, anonymi scriptoris gentilis fetus casu  
seruatus in illius nomen transferebatur a monachis  
externa quadam similitudine decipi se patientibus et  
ad quorum notitiam Firmianiani carminis memoria  
peruenisset.

Ex editionibus maxime commemorandae Burman-  
niana [Claudianus p. 1035 sqq.], Wernsdorfiana [P. L.  
M. III p. 298 sqq.], A. Martinii [Lunaburgi 1825],  
H. Leyseri [Quedlinburgi 1839], A. Riesii [in Ieepii  
Claudio II p. 211 sqq.], de singulis locis scripse-  
runt: Fr. Ritscheli in mus. Rhen. a. 1873 p. 180 sqq.;  
ego ipse in Fleckeis. ann. a. 1872 p. 51 et 361 sq.,  
ibid. a. 1873 p. 63 sq., mus. Rhen. a. 1874 p. 200 sq.;  
G. Goetzius [acta societ. philol. Lips. V p. 319 sqq.];  
H. Klappius in progr. gymn. Wandsbeckiani a. 1875;  
denique Th. Birtius in mus. Rhen. XXXIV p. 7 sqq.

\*) nam quamuis optimorum exemplorum studiosus fuerit  
noster in uersibus pangendis, non tamen desunt in sermone  
quae quo saeculo ille floruerit demonstrant. huc referas uel u.  
118 pro et positum et serioris temporis ad usum formatum  
uocabulum *magnities* u. 145, modo hoc recte sit traditum.

Est locus in primo felix oriente remotus,

Qua patet aeterni maxima porta poli,  
Nec tamen aestiuos hiemisue propinquus ad ortus,  
Sed qua sol uerno fundit ab axe diem.

Illic planities tractus diffundit apertos, 5

Nec tumulus crescit nec caua uallis hiat,  
Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,  
Per bis sex ulnas imminet ille locus.

Hic Solis nemus est et consitus arbore multa  
Lucus perpetuae frondis honore uirens. 10

Cum Phaethonteis flagrasset ab ignibus axis,  
Ille locus flammis inuiolatus erat;

Et cum diluuium mersisset fluctibus orbem  
Deucalioneas exsuperauit aquas.  
Non huc exsanguis Morbi, non aegra Senectus 15

Nec Mors crudelis nec Metus asper adest  
Nec Scelus infandum nec opum uesana Cupido  
Aut Ira aut ardens caedis amore Furor;

Luctus acerbus abest et Egestas obsita pannis  
Et Curae insomnis et uiolenta Fames. 20

Non ibi tempestas nec uis furit horrida uenti  
Nec gelido terram rore pruina tegit;

2 patit A [poli] caeli C || 3 hiemesue B hiemisu ≡ e C |  
hortus A || 4 uerbo A | axe ex axo corr. C || 5 defundit B || 7  
habet gramm. d. dub. nom. p. 581, 12 (tri pro nostros ibi codd.) ||  
8 imminet O: eminent unus C | ille A || 9 solus nemos A || 10 perpetuo  
DE || 11 faetontaeis A phaetonteis B foetanteis C || 14 Deucalioneas  
A Diocallioneas B Deucalioneas C; recte DE | exup. A (B m.  
2 corr.) || 15 ex sanguis A ex ≡ angues (s. eras. m. 2) B exsan-  
gues DE | morbus C solus | senectus C || 16 nec M. a. a. habet  
gramm. d. dub. nom. p. 583, 32 | adest AB; adit CDE adhesit  
ex utroque conflatum gramm. || 17 uesana AB || 18 Aut Ira  
scripsi: Aut metus O e. u. 16 (metus A); Aut Mars edd. uet.  
Uenus Oudendorpius Pauor Goetzius Letum Riesius Huc meat  
Birtius | cedis A: cedit BDE adit C || 19 aceruus AB | aegestas  
AB (corr. in hoc m. 2) gestas (e praefixit m. 1) C || 20 in som-  
nis A: insomnes ceteri [et] nec A || 21 tempes, om. tas, A |  
furet C || 22 gelida A | pruina B

Nulla super campos tendit sua uellera nubes  
 Nec cadit ex alto turbidus umor aquae.  
 Est fons in medio, quem uiuum nomine dicunt, 25  
 Perspicuus, lenis, dulcibus uber aquis;  
 Qui semel erumpens per singula tempora mensum  
 Duodecies undis irrigat omne nemus.  
 Hic genus arboreum procero stipite surgens  
 Non lapsura solò mitia poma gerit. 30  
 Hoc nemus, hos lucos auis incolit unica Phoenix,  
 Unica, si uiuit morte refecta sua.  
 Paret et obsequitur Phoebæ ueneranda satelles:  
 Hoc Natura parens munus habere dedit.  
 Lutea cum primum surgens Aurora rubescit, 35  
 Cum primum rosea sidera luce fugat,  
 Ter quater illa piâ inmergit corpus in undas,  
 Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.  
 Tollitur ac summo considit in arboris altæ  
 Vertice, quæ totum despiciet una nemus, 40  
 Et conuersa nouos Phoebæ nascentis ad ortus  
 Expectat radios et iubar exoriens.  
 Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portæ  
 Et primî emicuit luminis aura leuis,

23 *habet gramm. d. dub. nom. p. 593, 26 (tendet codd.)* | Nullaq; per c. tendunt DE | uellera A || 24 *adfert gramm. de dub. n. p. 580, 23 (auit pro cadit)* | umor B: humor ceteri omnes || 25 Est scripsi: Sed O (quo seruato post medio addunt est s. uulgo) | uiuum ex uiuum corr. C m. 1 || 26 Perspicuus et lenis DE | iugibus Heinsius || 27 sing. temp. mensum] singulis nubes A | mensium E || 28 irrigat C (B m. 2 corr.) || 29 Hoc DE | arboreum] eum supra lin. m. 1 C arborem A | post procero m. 2 de add. B || 31 locus B (lucus m. 2 corr.) | fenix AC foenix B || 32 si (= siquidem) scripsi: sed O quæ Francius || 33 Paret BDE: Parit AC | foebæ AC | ueneranda scripsi: memoranda O | satelles, ita B quoque || 34 nu= nus (erasae 2 litt.) C || 37 piâ in mergit A | undans C || 38 gurgite B m. 1 || 39 considit D: considit ABC E | arbore altæ A || 40 despiciet AD || 41 foebi C || 42 Ex pectus A || 43 At quæ A | ubi m. 2 ex ibi corr. C | pepulit A || 44 laeuis A

Incipit illa sacri modulamina fundere cantus 45  
 Et mira lucem uoce ciere nouam,  
 Quam nec aedoniae fauces nec tibia possit  
 Musica Cirrheis adsimulare modis  
 Et neque olor moriens imitari posse putetur  
 Nec Cylleneae fila canora lyrae. 50  
 Postquam Phoebus equos in aperta effudit Olympi  
 Atque orbem totum protulit usque means,  
 Illa ter alarum repetito uerbere plaudit  
 Igniferumque caput ter uenerata silet.  
 Atque eadem celeres etiam discriminat horas 55  
 Innarrabilibus nocte dieque sonis,  
 Antistes luci nemorumque uerenda sacerdos  
 Et sola arcanis conscia, Phoebæ, tuis.  
 Quæ postquam uitæ iam mille peregerit annos  
 Ac sibi reddiderint tempora longa grauem, 60  
 Ut reparet lapsum spatiis uergentibus æuam,

45 modulamina AB || 46 uoce ciere A: uoce uerere B uoce referre C nociferare DE | noua C || 47 edoneae A: Iduoneae B aidoneae C idoneae DE | fauces scripsi: uoces O (uocis A) e u. priore || 48 cirrheis B: cirreis CE cerreis A cyrreis D | adsimolare \*A assimilare E: assimilare ceteri || 49 Et scripsi: Sed O | nec DE | holor A | = moriens (erasa o) C | imitare . . . se A (om. pos) | putatur BE || 50 cillineæ A cilleneæ BE cyllineæ C, recte D | fila c. l. *habet gramm. d. d. n. p. 578, 26* | luere A liræ CD || 51 phoeuus A foebus C | effudit A: diffudit B diffundit C refu=dit D defudit E || 52 orbem] ortum uel aurum conicci; axem Goetzius *mus. Rhen. 31, 477* | pertulit s. prot. Oceano Heinsius | means] medos B; osque micans Goetzius || 53 alarum, l. supra lin. B || 54 Igniferum quæ A | ueneranda DE || 55 At quæ A | celeris A || 56 Inennarrab. B Enarrab. E | noctæ diequæ A || 57 Antistis A Antistites (i prior ex e corr.) C | nemorum luci DE | -que uerenda A: -que ueneranda B ueneranda ceteri || 58 arcanis C | phoebæ A foebæ C || 59 mille A millae C | pergerit B || 60 sibi Hoestius (*peric. crit. p. 160*): si A se BCDE Et sic Barthius; 'ipsa sibi auis propter senium molesta fit' | reddiderint CDE: reddiderent A reddiderunt B; cf. Claudiani Phoen. 27 ubi — retorsit || 61 repararet B | lapsus s. | spatiis] fatis C solus

Adsuetum nemoris dulce cubile fugit;  
 Cumque renascendi studio loca sancta reliquit,  
 Tunc petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.  
 Derigit in Syriam celeres longaeua uolatus, 65  
 Phoenicen nomen cui dedit ipsa uetus,  
 Securosque petit deserta per auiu lucos,  
 Sicubi per saltus silua remota latet.  
 Tum legit acrio sublimem uertice palmam,  
 Quae Graium Phoenix ex aue nomen habet, 70  
 In quam nulla nocens animans prorepere possit,  
 Lubricus aut serpens aut auis ulla rapax.  
 Tum uentos claudit pendentibus Aeolus antris,  
 Ne uiolent flabris aera purpureum  
 Neu concreta noto nubes per inania caeli 75  
 Submoueat radios solis et obsit aui.  
 Construit inde sibi seu nidum siue sepulchrum:  
 Nam perit ut uiuat, se tamen ipsa creat.  
 Colligit huic sucos et odores diuite silua,  
 Quos legit Assyrius, quos opulentus Araps, 80  
 Quos aut Pygmae gentes aut India carpit

62 Assuetum C | nemus et DE | cubicle C || 63 reliquid  
 A B relinquit CD || 64 Tunc O: Tum C | mors *uulgo*: mox O ||  
 65 Dirigit O, *correx* | celeres, le *supra lin.* B || 66 Fenice DE:  
 Fenice B Phoenicis A Fenicis C Phoenices *edd. uet.* | uetus  
 DE: uetus A uetustas BC Uenus *Heinsius* || 67 Securosque  
*scripsi*: Secretosque O *nimia cum tautologia* | lucos B ||  
 68 Sic ubi post DE; Hic ubi per *edd. uet.* | saltus m. 1  
*eo* sustus *corr.* B | silua] illa *Heinsius* sola *Oudendorpius*  
 || 69 Cum A | acrio BE || 70 graium A: gratum *ceteri* |  
 foenix B fenix C | auae n. habuit A || 71 In quam C: Id quam  
 A It qua BD Et qua E | prorepere A: proripere B prorumper  
*ceteri* || 73 Cum DE | uentus A | claudet pendentibus B | eulc  
 A || 74 fabris B | paporeum A purpureum B || 75 concreta B |  
 noto A: notus B nothus *ceteri* notis *Heinsius* || 76 radios A radius  
 C | obsit aui s: bosi tui A ussit aui BC (*foede interpolati* DE) ||  
 77 sepulchum A || 78 sed tamen BC; tamen *non intellego*,  
*fortasse* semet et ipsa || 79 huic *scripsi*: hinc O huc *Riesius* |  
 odoris A || 80 opolentus B || 81 pigmee A pigmae B pigmae (e  
*inter m et ae supra lin.*) C

Aut molli generat terra Sabaea sinu.  
 Cinnamon hic auramque procul spirantis amomi  
 Congerit et mixto balsama cum folio.  
 Non casiae mitis nec olentis uimen acanthi 85  
 Nec turis lacrimae guttaque pinguis abest.  
 His addit teneras nardi pubentis aristas  
 Et sociat myrrae uim, Panachaea, tuae.  
 Protinus instructo corpus mutabile nido  
 Vitalique toro membra uicta locat. 90  
 Ore dehinc sucos membris circumque supraque  
 Inicit exequiis inmoritura suis.  
 Tunc inter uarios animam commendat odores,  
 Depositi tanti nec timet illa fidem.  
 Interea corpus genitali morte peremptum 95  
 Aestuatur et flammam parturit ipse calor,  
 Aetherioque procul de lumine concipit ignem:  
 Flagrat et ambustum soluitur in cineres.  
 Quos uelut in massam cineres umore coactos

82 mollit A | terras abea A || 83 Cinnamon A: Cinnamo-  
 mum BDE Cynnammoum C | hinc s | auram quae A | spir.] spu-  
 mantis C || 84 Congregat DE || 85 caseae mitis A | mittis C |  
 uimena canthi A | achanti BC (*in B ti supra lin.*) || 86 lagrimae  
 B | gutta quae A || 88 sociat A: socia C sociam *ceteri* | myrrae  
 O | uini C | Panachaea (*pro* Panchaea) s: panachee A panachea  
 BCE pana chea *alt. e supra che addita* D panacea s Naba-  
 thaea *Leyserus* | tue A: ture C turis B thuris DE tuam s *uulgo* ||  
 89 Protinus instructo *Francius, ego*: Protinus instructos A His  
 protinus structis B Protinus instractis C (instratis E his stratis  
 D) Prot. huic tradit *Klappius* in stragis *Birtius* | mobile C (mo-  
 tabile DE) || 90 Vitali quae A Nidaliq; C | uicta *Heinsius*:  
 quieta CDE quiete AB || 91 sucus A | -quae supra quae A cir-  
 cum quaq; supra (*r supra lin.*) C || 92 exsequiis B obsequiis DE |  
*num* ut (= *tamquam*) moritura? || 93 *sq. ante 91 sq. ponit*  
*Klappius*; *lacunam ante 93 statuit Birtius* || 93 Huic *Klappius* |  
 inter] in A | odoris A || 94 *in marg. m. 1 habet* B Depositi  
 BDE: Depositam AC | tibet A || 95 Interea] Interimit A, *unde*  
*conieci* Interit; at | mortae A || 96 *habet gramm. d. d. n. p. 577,*  
 14 | protulit s || 97 concepit A || 98 cineres DE: cinerem ABC ||  
 99 uelut (uelud B) *corruptum uidetur*: lux ego, deus *Klappius*

Conflat; et effectum seminis instar habet. 100  
 Hinc animal primum sine membris fertur oriri,  
 Sed fertur uermi lacteus esse color. 102  
 Ac uelut agrestes, cum filo ad saxa tenentur, 107  
 Mutari tineae papilione solent, 108  
 It tener in densum duratus tempore certo 103  
 Seque oui teretis colligit in speciem;  
 Inde reformatur quali fuit ante figura 105  
 Et Phoenix ruptis pullulat exuuiis.  
 Non illi cibus est nostro consuetus in orbe 109  
 Nec cuiquam implumem pascere cura subest; 110  
 Ambrosios libat caelesti nectare rores,  
 Stellifero tenues qui cecidere polo.  
 Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,  
 Donec maturam proferat effigiem.  
 Ast ubi primaeva coepit florere iuuenta, 115

*coniecimus* | cineres (-ris B) *e u. priore uel e glossa irrepsit*:  
 natura proposuit *Ritschelius* nocturno *ego* (caelesti s) | umore  
*Ritschelius*: in more A B C in morte D in monte E sine more  
*Heinsius* natura *Buechelerus* anima orbe *Birtius* coactus A C ||  
 100 effectus A, unde effectus *conieci* (effecti D) | habent s || 102  
 uermi B: uermi A uermis *ceteri* | lactibus A || *uu. qui sunt in O*  
 107 sq. ante 103 *traieci* (minus bene ante 105 *posuit Leyserus*) ||  
 107 uelut C | agrestis — tenetur D E | cum solo C | taxa *Tho-*  
*masius* || 108 Mutari B: Mutare A Motare C Motari D E |  
 tineae *Didacus Couarruias*, episcopus *Segobiensis*, teste *Tho-*  
*masio*: pinnae A B penna *ceteri* | papilione D: papiliones A B  
 papilionis C E || 103 It tener *nunc scripsi*: Creuerit O Crescit  
 (Creuit) in s Crescit, ut *ego olim* Creuit ubi *Klappius* | in den-  
 sum *scripsi*: in mensum A inmensum B C (in massam D E);  
*fuisse qui* in mensum *explicaret: in iustam mensuram!* | duratus  
*scripsi*: subitus A B (sic) subito C subito cum D E coit, sub *ego*  
*olim* sopitur *Klappius* || 104 Seque ut oui D E Sese oui *Heinsius*  
 | teritis C | collegit B || 105 quali *Heinsius*: qualis O || 106 foe-  
 nix B fenix C | pululat B | exubiis A C exuuis B || 109 illic ibus  
 A | est om. C | consuetus *scripsi*: concessus O || 110 cuique impl.  
 B | in uerbis cura subest *desinit* A || 111 Ambrosius, o *supra u*  
*m 1*, B || 112 teneri s || 113 in doloribus B || 115 Has ubi (*supra*  
*lin.*) — coeperit — iuuentus C

Euolat ad patrias iam reditura domus.  
 Ante tamen, proprio quicquid de corpore restat,  
 Ossaque uel cineres exuuiasque suas  
 Unguine balsameo myrraque et ture soluto  
 Condit et in formam conglobat ore pio. 120  
 Quam pedibus gestans contendit Solis ad urbem  
 Inque ara residens ponit in aede sacra.  
 Mirandam sese praestat praebetque uerendam:  
 Tantus aui decor est, tantus habundat honor.  
 Praecipuus color est, quali sunt, sidere Caneri 125  
 Mitia quae corio, Punica, grana tegunt,  
 Qualis inest foliis, quae fert agreste papauer,  
 Cum pandit uestes flore rubente nouo.  
 Hoc humeri pectusque decens uelamine fulget,  
 Hoc caput, hoc ceruix summaque terga nitent; 130  
 Caudaque porrigitur fuluo distenta metallo,  
 In cuius maculis purpura mixta rubet;

116 domos C || 117 patrio *sive* prisco *Wernsdorffius* | quid-  
 quid, d *prior supra lin.*, B || 118 Ossa quae C || 119 murrac;  
*prior r supra lin. 1* C | soluto C: soluta D E solo V (*m.*  
*2 in sabeo corr.*) sabaeo s || 121 Quae E | genstans C | urbem  
*ed. Gryphiandri a. 1618*: ortus O *e u. 41*; arcus *Leyserus* || 122  
 ara B: arma C alma D E | ponit *edd. uet.*: promit O | sacra  
*ex sagra corr. B m. 1* || *uu. 123—150 puto post 58 ponē-*  
*dos esse* || 123 uerendam *scripsi*: uehentes B uehenti D  
 uehementes C (melodem D!) uidenti *uulgo*; uiolenta *coniecere* ||  
 124 aui *Heinsius*: ubi B ibi C D E || 125 Praecipuus *scripsi*:  
 Principio O Puniceus *Heinsius* Purpureus *Burmannus* | quali  
 sunt *scripsi*: qualis sub O | sidere Caneri *scripsi*: sidere (-re C)  
 caeli O cortice (uellere) laeui *Heinsius* || 126 Mittia C | quae corio  
*Goetzius*: qu(a)e croceo B E qui croceo C D quem croceum  
*Heinsius* | punica C | tegunt *Heinsius*: legunt O qui — tegit *Leyserus* ||  
 127 uerba quae — papauer *habet gramm. d. d. n. p. 586, 23*  
 (fer *codd.*) || 128 puto uestem; *intellege calathum* | flore O (*ipsius*  
*scil. papaueris*): Flora *uulgo* | nouo temptauit: caelo B C polo B  
*m. 2 corr. D E* (Flora) rubente solo *Heinsius* ruente gelo (*i. e.*  
*hieme abeunte*) *ego olim* || 129 humerus D E humeros *Ouden-*  
*dorffius* | que *sub lin. m. 1 add. C* || 131 porregitur B, *corr. m. 2*  
 | fuluo B C: flauo D E | distenta B C: distincta D E

Alarum pennas lux pingit discolor, Iris  
 Pingere ceu nubes desuper acta solet;  
 Albicat insignis mixto uiridante zmaragdo 135  
 Et puro cornu gemmea cuspis hiat;  
 Ingentes oculos credas geminos hyacinthos,  
 Quorum de medio lucida flamma micat;  
 Arquata est rutilo capiti radiata corona  
 Phoebei referens uerticis alta decus; 140  
 Crura tegunt squamae fuluo distincta metallo,  
 Ast unguis roseo tinguit honore color.  
 Effigies inter pauonis mixta figuram  
 Cernitur et pictam Phasidis inter auem.  
 Magnitiem, terris Arabum quae gignitur, ales 145  
 Vix aequare potest, seu fera seu sit auis.  
 Non tamen est tarda, ut uolucres quae corpore magno  
 Incessus pigros per graue pondus habent,

133 Alarum *Ritscheli*: Harum **BC** Harum inter **DE** pinnas **B** | lux pingit *scripsi*: insigne **BC** insigneq; **DE** | discolor, Iris *scripsi*: desuper iris alis **B** superaris **C** desuper iris **DE**: *apparet pro discolor scriptum esse desuper a librario ad simile uocabulum u. sequentis oculis aberrante*; *Ritscheli* insigne desuper interpolatum *ex u.* 134, 135 *putat ex. gr.* fulgor conluminat *proponens* || 134 Pinguere **B** | nubes  $\epsilon$ : nubem **O** | acta *Heinsius*, *ego*: aura **O** alta  $\epsilon$  || 135 insigne **B** | mixtis **C** | zmar. **C** (**D** *corr.*): smar. **BDE** || 136 Et patulo *Heinsius* | cornu, r *punctata* (= conu) **D** || 137 *habet gramm. d. n. p.* 580, 29 | oculos **DE** *gramm.*: oculi **BC** (*unde oculi reddunt ego olim*) | hyachintos **B** hiacinthos **C** || 138 lucidâ **C** || 139 Arquata est *scripsi*: Aequataq; **O** (Aequat aq; **C**) *Aptatur Ouidendorpius (sic uel Aptata est Ritscheli)* | Arquatur *post me Klappius* | rutilo *scripsi*: noto **BD** notho **C** nota **E** croceo *Klappius* summo uel nitido *Ritscheli* || 140 Foebei **B, C** *ex Foeboq corr.* || 141 Crura **B** | fuluo **C**: flauo **BDE** | fuluo distincta (-ctâ **C**) metallo (colore **D**) *ex u.* 131 *repetitum censet Ritscheli*; *puto* fuluo depicta ueneno: *cf. Claudiani Phoen.* 20 || 142 tingit **DE** pingit  $\epsilon$  || 143 pauones mixtaque **B** | figuram  $\epsilon$ : figura **O** || 144 picta **DE** | fasidis **BC** || 145 Magnitiem **O**: Magnitudinem **E**, *unde magna itidem olim conieci*; Magna etiam *Heinsius* | alis **B** || 146 potes **BE** potes (= *erasa t*) **D** | seu auis sit **B** || 147 tarda (pigra)  $\epsilon$ : parua **BC** magna **DE** | uolucres **B**

Sed lenis ac uelox, regali plena decore:  
 Talis in aspectu se tenet usque hominum. 150  
 Huc uenit Aegyptus tanti ad miracula uisus  
 Et raram uolucrem turba salutat ouans.  
 Protinus exculpunt sacrato in marmore formam  
 Et titulo signant remque diemque nouo.  
 Contrahit in coetum sese genus omne uolantum, 155  
 Nec praedae memor est ulla nec ulla metus.  
 Alituum stipata choro uolat illa per altum  
 Turbaque prosequitur munere laeta pio.  
 Sed postquam puri peruenit ad aetheris auras,  
 Mox redit; illa suis conditur inde locis. 160  
 Sat fortunatae sortis finisque uolucrum,  
 Cui de se nasci praestitit ipse deus!  
 Femina seu mas est seu neutrum: *belua* felix,  
 Felix quae Veneris foedera nulla coit!  
 Mors illi Venus est, sola est in morte uoluptas: 165  
 Ut possit nasci, appetit ante mori.  
 Ipsa sibi proles, suus est pater et suus heres,

149 decora **C** | 150 in aspectus se **C** | 151 Huc  $\epsilon$ : Hic **O**; *num* Hinc? *Conuenit uulgo* | *post uenit rasura 3 litt. in C* || 152 uolucrum **B**, *corr. m. 2* | salutat] resultat **C** || 153 sculpunt sacrato **B**, *corr. m. 2*; insculpunt  $\epsilon$  | *inter in et marmore rasura 3 litt. in C* || 155 coetum **B**: coetus **C** caelum **DE** | omnē **C** || 156 ulla nec ullus metus **C**, nec memor ulla *m.*  $\epsilon$  || 157 Alitum **CE** || 158 persequitur **DE** | munere, n *ex corr.* **B**; murmure *Heinsius* || 160 reddit illa; suis *uulgo interpungunt, corr. Riesius* | unde **B** || 161 in **D** foede interpolatus, in **E** omissus | Sat *scripsi*: Ad **B** At **C** A *Is. Vossius* O *Gallaeus* | finisque uolucrum *Is. Vossius*: filisque uolucrum **BC** felixque uolucrum  $\epsilon$  fatique uolucrum *edd. uet.* filique uolucrum *Heinsius* || 163 *dedit ex mea coniectura*: Femina seu masculus est seu neutrum felix **B** et, nisi quod felix *omittit*, **C** Femina sit seu (aut **E**) masculus aut si (masculus [*ex -lis corr.*] seu **E**) forte neutrum **DE** Femina uel mas haec seu neutrum seu sit utrumque *Heinsius* Masculus incertum seu femina sine neutrum *Birtius* || 164 coit *scripsi*: colit **O** || 165 ueneris — uoluntas (est *om.*) **DE** || 166 nasci possit  $\epsilon$ ; *puto* suppetit || 167 prolis **C** | heres (*cauda a m. 2*) **B**

Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.  
Ipsa quidem, sed non *eadem est*; eademque nec ipsa est,  
Aeternam uitam mortis adepta bono.

168 ipsa sibi **DE** || 169 quidem (*compend.*) in *ras.* **C** | eadem est *addidi: om. O* | eadem que (caedam quae **B**) nec ipsa est **BC**: eadem quia ipsa nec ipsa est **DC** (quia et ipsa n. i. e. s) || 170 adempta, m *supra lin. m. 1 C* || *Finit de fenice litt. maiusc. D, subscriptione carent ceteri.*

## XXXVIII.

## TIBERIANI QUAE SUPERSUNT.

Ex poematis Tiberiani, quem uirum disertum fuisse et praefectum praetorio rexisse Gallias ad a. 336 p. Chr. n. tradit in chronico Hieronymus, pauca frustula nobis indulsit fortuna. et ea quidem, quae sub numeris I—III habentur, nuper protraxi ex codice Harleiano 3685 saec. XV, qui inter uarios aevi medii fetus (et quidem inter *uersus Bedae de die iudicii* et *uersus Hudulfi episcopi*) casu quodam inserta habet carmina nonnulla antiqua, scilicet fol. 21 de Aegritudine Perdiccae epyllion et fol. 25 et 26 Tiberiani ea quae dixi. quae primum edidi in libello meo 'Unedirte lateinische Gedichte' inscripto [Lipsiae 1877, p. 27 sqq.], ubi et de poeta ipso plura disserui. codicis (**H**) partem ab E. M. Thompsono mihi descriptam postea Londinii praesens iterum contuli. — carmen autem IV, quod primus euulgauit M. Hauptius [Ouidii Halieutica ectr. p. 65 sq.] iterumque tractauit L. Quicheratius [biblioth. scholae cartul. IV p. 267 sq.] nosque denique post Riesium [Anth. lat. 490] aucto apparatu critico edidimus l. l., praebent codices hinc: **R**, Reginensis 215 saec. IX, qui fol. 127 sq. illud habet post uersus de nominibus feriarum et S. Augustini de anima (medio hos quidem aeuo factos) quemque ipse excussi (fluxit autem ex hoc Parisinus 4883 A saec. XI); porro **P**, Parisinus 2772 saec. X—XI fol. 53, conlatus a Quicheratio et Riesio; tum **S**, Parisinus 17160 saec. XII

fol. 159 a me excussus; postremo V, Vindobonensis 143 saec. XIII ab Hauptio adhibitus. — eidem Tiberiano uindicare studui l. l. p. 36 Peruigilium Ueneris, quod quartum huius operis uolumen exhibebit. — post me scripserunt de his carminibus et Conr. Rossbergius in Fleckeis. annal. a. 1878 p. 430 sq. et Raimundus Oehlerus in dissertatione 'de Tiberiani quae feruntur fragmentis' Halis Saxonum a. 1879 edita.

## I.

Amnis ibat inter arua ualle fusus frigida,  
Luce ridens calculorum, flore pictus herbido.  
Caerulas superne laurus et uirecta myrtea  
Leniter motabat aura blandiente sibilo.  
Subter autem molle gramen flore adulto creuerat: 5  
Tum croco solum rubebat et lucebat liliis  
Et nemus fragrabat omne uiolarum *sub* spiritu.  
Inter ista dona ueris gemmeasque gratias  
Omnium regina odorum uel colorum Lucifer  
Aureo flore eminebat cura Cypridis rosa. 10  
Roscidum nemus rigebat inter uda gramina:  
Fonte crebro murmurabant hinc et inde riuali, 12  
Quae fluenta labibunda guttis ibant lucidis. 14  
Antra muscus et uirentes intus *myrtus* uinxerant. 13

Incipit uersus Teberiani H || 1 arua *scripsi*: herbas H e u. seq. | fassus H || 3 Cerulas supernae et mirtea H || 4 mutabat H, *correxi* || 5 Subter, *sic* (non Subtus) *compend.* H | flore adulto *scripsi*: florea dulco H || 6 Tum croco *scripsi*: Et croco H || 7 Et nemus *scripsi*: Tum nemus H | fraglabat H, *correxi* | sub (uel de) *scripsi*: om. H || 8 donaueris et gracias H || 9 uel (= et) *scripsi*: et H || 10 Auro flore praeminebat forma dionis rosa H; *conieci et sic ut supra exhibui et Aurea forma emin. flos Dionaeus rosa (uel De cruore praem. facta Cypridis r.) u. qui est 13 in H aut post 10 aut post 14 transponendus* || 14 labebunda H, *correxi* || 13 *myrtus addidi: om. H lacuna relicta (melius fortasse myrtus intus)*

Has per umbras omnis ales plus canora quam putes 15  
Cantibus uernis strepebat et susurris duleibus;  
Hic loquentis murmur amnis concinebat frondibus,  
Quis melos uocalis aurae musa zephyri mouerat.  
Sic euntem per uirecta pulchra odora et musica  
Ales amnis aura lucus flos et umbra inuerat. 20

## II.

Aurum, quod nigri manes, quod turbida uersant  
Flumina, quod duris extorsit poena metallis!  
Aurum, quo pretio reserantur limina Ditis,  
Quo Stygii regina poli Proserpina gaudet!  
Aurum, quod penetrat thalamos rumpitque pudorem, 5  
Qua ductus saepe inlecebra micat impius ensis!  
In gremium Danaes non auro fluxit adulter  
Mentitus pretio faciem fuluoque ueneno?  
Non Polydorum hospes saeuo necat incitus auro?  
Altrix infelix, sub quo custode pericli 10  
Commendas natum, cui regia pignora credis?  
Fit tutor pueri, fit custos sanguinis aurum!  
Inuitis nidos coluber custodiet ante  
Et catulos fetae poterunt seruare laenae.  
Sic etiam ut Troiam popularet Dorica pubes, 15

II. 3. *Seruius ad Verg. Aen. VI 136*: alii dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod diuitiis facile mortales intereunt. Tiberianus: aurum — Ditis.

15 putes *scripsi*: potest (p̄) H || 17 Hinc H, *correxi* || 18 Quas H, *correxi* | zefrimouerat H, *correxi* || 19 pui recta H || 20 Alis H | imbra H (*sic*), *correxi* | inuerat, *sic habet* H

II. Incipit uersus Socratis philosophi *inscribit* H || 4 Quos tigy (*sic*) H, *correxi* || 6 Qua *scripsi*: Quo H (*hoc seruato in latebra maluit Rossbergius*) || post 6 nonnulla deesse putat R. Oehlerus || 7 danais H, *correxi* || 9 polidorum hospis H | malim scaeuo uel foedo || 10 Astrix H, *correxi* || 11 Commendas num sanum? (*conieci Cui mandas*) || 12 custos H || 14 uitulos *Rossbergius* | fetae *idem*: fere H ceruae uel saeuae ego *conieceram* || 15 etiam ut Troiam *scripsi*: et iam utro iā H

Aurum causa fuit . . . . .  
 . . . . . pretium dignissima merces:  
 Infami probro palmam conuendit adulter.  
 Denique cernamus, quos aurum seruit in usus.  
 Auro emitur facinus, pudor almus uenditur auro,  
 Tum patria atque parens, leges pietasque fidesque: 20  
 Omne nefas auro tegitur, fas proditur auro.  
 Porro hoc Pactolus, porro fluat et niger Hermus?  
 Aurum, res gladii, furor amens, ardor auarus,  
 Te celent semper uada turbida, te luta nigra,  
 Te tellus mersum premat infera, te sibi nasci 25  
 Tartareus cupiat Phlegethon Stygiaeque paludes!  
 Inter luentes pereat tibi fuluor arenas,  
 Nec post ad superos redeat faex aurea puros!

## III.

Ales, dum madida grauata nube  
 Udos tardius explicat uolatus,  
 Decepta in medio repente nisu  
 Capta est pondere depremente plumae:  
 Cassato solito uigore pennae, 5

16 post fuit lacunam unius uersus indicavi, in quomahum Eridis certantesque deae erant commemoratae. (minus recte post merces u. intercidiisse statuit Ochlerus) || 17 Infami scripsi: Infamem O; pro pollicito sibi Helenae amore (ita probrum intellego) Paris palmam Veneri tribuit || 18 seruit in usus scripsi: uenit in usum H || 19 enitur H, correxi || 20 patria atque scripsi: patriaque H || 22 hoc scripsi: huic H hinc Rossbergius || 22 res | lis conieci, cos Rossbergius || 24 luta (olim uada uel loca) scripsi: nuda H || 25 nasti potius quam nasci H; latet aliquid (num pasci?) || 26 flegeton stigiaeq; H || 28 faex (olim sitis) scripsi: famis potius quam fames H lamna Rossbergius (famis forma non obtrudenda nostro, ut uoluit Ochlerus; neque sententiae satisfacit uocabulum)

III. Incipit Descriptio de Auicula H || 1 nube scripsi: pennis H e glossa (madidis — pennis olim scripsi) || 2 explicat E. Rohdus: expleat H || 3 Decepta (uel Defecta) scripsi: Daeptha H Derepta Rossbergius || 4 Depraementē H || 5 Cassata H, correxi

Quae uitam dederant, dedere letum;  
 Ac, quis ardua nunc tenebat alis,  
 Isdem protinus incidit ruinae.  
 Quid sublima requisuisse prodest?  
 Qui celsi steterant, iacent sub icu! 10  
 Exemplum capiant, nimis petendo  
 Qui uentis tumidi uolant secundis.

## III.

Omnipotens, amosa poli quem suspicit aetas,  
 Quem sub millenis semper uirtutibus unum  
 Nec numero quisquam poterit pensare nec aeuo,  
 Nunc esto affatus, si quo te nomine dignum est,  
 Quo sacer ignoto gaudes, quom maxima tellus 5  
 Intremuit et sistunt rapidos uaga sidera cursus.  
 Tu solus, tu multus item, tu primus et idem  
 Postremus mediusque simul mundoque superstans.  
 Nam sine fine tui labentia tempora finis,  
 Altus et aeterno spectans fera turbine certo 10  
 Rerum fata rapi uitasque inuoluier aeuo  
 Atque iterum reduces supera in conuexa referri,  
 Scilicet ut mundo redeat quod partibus haustus

6 lectum H || 7 Ac scripsi: Sic H | arduam H, correxi || 9 sublima requisuisse scripsi: sublima circuisse H (olim cum sublimia corrigerem, malui nunc forma illa archaica seruata inmutare ineptum illud circuisse) || 10 celsi Rossbergius: celsis H | num steterunt? | sub icu scripsi: sub imis H || 11 petendo scripsi: tenendo H e u. 7 (hoc seruato sapiant Rossb., tenendum ego olim) || 12 uentis — nolant E. Rohdus: uanis — tonant H  
 III. Uersus Platonis de deo R Uersus Platonis a quodam tiberiano (ad quendam tyberianum V) de gr(a)eco in latinum translati (-te V) P V; titulo caret S || 1 suscipit P V || 2 mellenis P | semper om. R || 3 poterit quisquam V || 4 effectu R effectus V || 5 quom scripsi: quod codices quo Quicheratius || 6 Intremuit R Intremat et sistant V | iuga V || 8 mundoque superstans scripsi: mundique superstes RS mundique superestas P mundu superextas V || 10 Altus et aeterno scripsi: Altus (Alter V) ab aeterno codices || 13 partibus (= partibus) haustus scripsi: parti-



Perdiderit refluxumque iterum per tempora fiat.  
 Tu (siquidem fas est in temet tendere sensum) 15  
 Et speciem temptare sacram, qua sidera cingis  
 Immensus longamque simul complecteris aethram)  
 Fulgentis forsam rapida sub imagine Phoebi  
 Flammifluum quoddam iubar es, quo cuncta coruscas  
 Ipseque das nostrumque premis solemque diemque. 20  
 Tu genus omne deum, tu rerum causa uigorque,  
 Tu natura omnis, deus innumerabilis unus,  
 Tu sexu plenus toto, tibi nascitur olim  
 Hic cunctus mundus, domus una hominumque deumque,  
 Lucens, angusto stellatus flore iuuentae. 25  
 Quem (precor, aspices), qua sit ratione creatus,  
 Quo genitus factusue modo, da nosse uolenti;  
 Da, pater, augustas ut possim noscere causas,  
 Mundanas olim moles quo foedere rerum  
 Sustuleris animamque leui quo maximus olim 30  
 Texueris numero, quo congrege dissimilique,  
 Quidque id sit uegetum, quod per cita corpora uiuit.

bus *codd.*, tum = austrum R abstrum P abstui S astra V partibus (= e partibus) haustum *Quicheratius* partibus aethra *Godofr. Hermannus* raptibus astrum *Buechelerus* || 14 tempora RS: corpora P V | fiant S || 15 Te R || 16 sacram, c. supra lin., V saram P || 17 simul] ds = deus S | a&ram P || 18 Fulgentis *scripsi*: Fulmencis P Fulmineus R Fulmineis V Flumineis S | forsam V | rapidas S; num raptus? | imaginē P | Phoebi (uel Solis) *scripsi*: membris *codices* || 19 quod S | choruseas S coruscant R || 20 Ipseque das *scripsi* (*coll. ex. gr. Horat. c. s. 10*): Ipse uides *codices*; Ipse nites *perperam maluit Riesius* | premis] aperis *G. Hermannus* || 21 dei R S || 22 nature S || 24 Hic cunctus (uel totus) mundus *scripsi*: Hic deus hic mundus *codices* | una *scripsi coll. Min. Fel. 33, 1*: hic *codd.* haec *Riesius* || 25 angusto R P | stellatur P | iuuentae *scripsi* (et ita etiam *Quicheratius*): iubente S iuuentus P R V innocens *Hermannus* | 26 malim Qui | aspiras P: num adspirans? | quasi rat. R || 28 angustas R || 30 om. R || 31 qua R || 32 Quidque id sit *scripsi*: Quicquid id est *codd.* | quod per cita R: per concita P S V

## V. Fragmenta.

1. *Seruius ad Verg. Aen.* VI 532: Alii altius intellegunt, qui sub terra inferos esse uolunt secundum chorographos et geometras, qui dicunt terram *σφαίροσιδῆ* esse, quae aqua et aere sustentatur; quod si est, ad Antipodas potest nauigatione perueniri; qui, quantum ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. hinc est quod terram esse inferos dicimus; quamquam illud sit [fit?], quia nouem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam uento allatam ab antipodibus, quae habet: *superi inferis salutem*; qua occasione tractat reciprocum hoc quod diximus supra. — *cf. et mythographus Vaticanus III p. 204 ed. A. Maius.*

2. *Fulgentius, Mythol.* I 26 p. 62 *ed. Muncker*: De sanguine eius nasci fertur Pegasus in figuram famae constitutus, uirtus enim, dum terrorem amputauerit, famam generat, unde et uolare dicitur, quia fama est uolueris, unde Tiberianus: Pegasus hinniens transuolat aethram.

3. *Fulgentius, Mythol.* III 7 p. 120 *M.*: Nam et Tiberianus in Prometheo ait, deos singula sua homini tribuisse.

4. *Fulgentius, Vergil. contin.* p. 154 *M.*: At uero aureum quod diximus, claritatem facundiae designare uoluimus; memores Platonis sententiae, cuius hereditatem Diogenes Cynicus inuadens nihil ibi plus aurea lingua inuenit, ut Tiberianus in libro de Socrate memorat.

5. *Fulgentius, exposit. serm. antiq.* p. 183 *M.* Sudum dicitur serenum. Tiberianus: Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer.

6. *Seruius ad Verg. Aen.* VIII 96: ostendit adeo perspicuam fuisse naturam fluminis ut in eo apparent imagines nemorum, quas Troianae naues secabant. Tiberianus [*ita scripsi*: Terentianus *uulgo*]:

Natura sic est fluminis,  
 Ut obuias imagines  
 Receptet in lucem suam.

## XXXVIII.

## I N C E R T I

Uiuere post obitum nates uis nosse uiator?

Quod legis, ecce loquor: nox tua nempe mea est.

Nymphius aeterno deuinctus membra sopore

Hic situs est, caelo mens pia perfruitur.

Mens uidet astra, quies tumuli complectitur artus, 5

Calcavit tristes sancta fides tenebras.

Te tua pro meritis uirtutibus ad astra uehebat

Intuleratque alto debita fama polo.

Immortalis eris: nam multa laude uigebit

Viua uenturos gloria per populos. 10

Te coluit propriam prouincia cuncta parentem,

XXXVIII (*Burm.* IV 206, *Mey.* 1163 et 1318) extat in P (*arisino* 4841 saec. X fol. 32) sine titulo || 1 et 2 affert *Possidius* in *uita Augustini* c. 31 p. 117 Kr.; iuxta quod etiam quidam secularium poeta iubens, quo sibi tumulum mortuo in aggere publico locaret, programme finxit dicens: Uiuere — nempe mea (unde hi ui. in *Parisino* 2773 saec. XI fol. 110 tanquam uersus super tumulum sci Augustini epi quos ipse dictauit adferuntur teste *Riesio* A. L. 722). uu. 1 et 2 editores sciunxerunt a 3—26, cum tamen illi solitam praetereuntes adloquendi formulam ut in inscriptionibus multis ita ex. gr. in *Pacuii* epitaphio (*Gell.* I 24, 4) obuiam contineant; nam *Possidius* totius carminis, quod non satis recordabatur, tantum exordium siue programma afferens id unum ostendit, nonnullo ante ipsum tempore saecularem aliquem poetam *Nymphio* amico christiano *Serenae* uxoris nomine hoc carmen sepulchrale condidisse || 1 nates P, *Reginensis* 421 saec. XI: uatem *Possidius* || 2 mea (om. est) *Possidius* || 3 *Nymphius* P || 7 meritis P || 8 Intuleratque P

Optabant uitam publica uota tuam.  
 Exciuiere tuo quondam data munera sumptu  
 Plaudentis populi gaudia per cuneos.  
 Concilium procerum per te patria alma uocauit 15  
 Seque tuo duxit sanctius ore loqui.  
 Publicus orbatas modo luctus conficit urbes  
 Confusique sedent, anxia turba, patres, *in l. l.*  
 Ut capite erepto torpentia membra rigescunt,  
 Ut grex amisso principe maeret iners. 20  
 Parua tibi, coniux, magni solatia luctus  
 Hunc tumuli titulum maesta *Serena* dicat.  
 Haec indiuidui semper comes addita fulcri  
 Unanimam tibi se lustra per octo dedit.  
 Dulcis uita fuit tecum; comes anxia lucem *uitam* 25  
 Aeternam sperans hanc cupit esse breuem.

12 Obtabant P || 13 Exciuiere scripsi: Exeruerere P || 20 iners P || 23 fulchri P || 24 hocto P || 25 luce P || addit P in margine inferiore D. M. FIL.

XXXX.

INCERTI

CARMEN DE FIGURIS UEL SCHEMATIBUS.

Uersus qui secuntur rhetorici extant in nobilissimo codice Parisino 7560 saeculo VIII litteris langobardicis exarato (cuius descriptionem uide apud Keilium gramm. lat. IV praef. p. XLI sqq.) foliis 225<sup>a</sup>—227<sup>a</sup>, quae a. 1875 non sine fructu iterum contuli. primus inde edidit L. Quicheratius bibliothecae scholae cartularis I p. 51 sqq. (de Sirmondi apographo cf. L. Delisle ibid. III 161); tractarunt deinde H. Sauppius epist. crit. ad G. Hermannum p. 152 sqq., Schneidewinus in proprio libello Gottingae a. 1841 emisso, H. L. Ahrensius in 'Zeitschr. f. d. Alterth.-Wiss.' a. 1843 p. 162 sqq. horum autem aliorumque studiis innisus textum dedit C. Halmius rhetorum latinorum minorum pgg. 63—70; ad quam editionem relegamus eos qui de carminis fontibus (quos indicare ab nostri libri ratione alienum est) edoceri uolunt.

De tempore, quo poema est scriptum, postquam diu disputatum est, nunc ob sermonis et rei metricae proprietates (quas collectas disceptatasque habes in duabus dissertationibus Ienensibus a. 1874 ab Hermanno Krupp et Richardo Schmidt conscriptis; cf. et L. Muellerus mus. Rhen. XXIII p. 683 sq.) saeculo IV fere attribuunt omnes. nec male Kruppius et Hauptius [opusc. III p. 634] Messium u. 2 commemoratum putauerunt esse Arusianum Messium, qui circa a. 395 exempla elocutionum dedicauit Olybrio et Probrino.

Collibitum est nobis, in lexi schemata quae sunt,  
Trino ad te, Messi, perscribere singula uersu  
Et prosam metro pariter religare priorum.

Κόμμα

Particulae membra efficiunt, haec circuitum omnem.  
Particula est comma; ut uersu tria commata in illo: 5  
'Arcadium petis, immensum petis, haud tribuam istud.

Κῶλον

Membra ea sunt quae cola uocant: ea circuitum explent.  
'Nam qui eadem uult ac non uult' colon facit unum;  
Huic adiunge sequens: 'is demum est firmus amicus.'

Περίοδος

Circuitus, peri quam dicunt odos, orta duobus 10  
Membris, ut praedicta, uenit tetracolon adusque.  
Nam si plura itidem iungas, oratio fiet.

Ἀνάκλασις

Est reflexio, cum contra reflectimu' dicta.  
'Non expecto tuam mortem, pater', inquit. at ille  
'Immo', ait 'expectes oro neue interimas me.' 15

De figuris uel scematibus *litt. maiusc.* P || *uu.* 1—3 in P hodie nil apparet nisi Collibitū est nob in lexi scem (ita) et pariter placare uirorum, ceteris abscis; suppeditat quae desunt Sirmondi apographum integro codice factum | 3 Et prosam Ritschelii: Et prosa et apogr. Sirm. | metro scripsi: uersu P e u. 2 | religare ego: placare P replicare Ritschelii | priorum idem: uirorum P | tres tituli primi litteris latinis, ceteri graecis maiusc. | 4 Part. et membra, eff. haec Quicheratius || 5 coma P || 6 inmetum (ns supra t m. l) P || 7 Membra sunt P | circuitu P || 8 uult ac Quicheratius: uul hac P || 9 is Sauppius: his P || 10 odos Schneidewinus: ados P odon Quicher. | orta Sauppius: ora P orsa Ahrensius || 11 tetracolon P || 13 reflectio (sic) P, corr. Sauppius | reflectimus (sic semper s scripta) P || 14 pater Quicheratius: pariter P | inquit P || 15 ait, sic P | expectis P

## Ἀντιμεταβολή

Permutatio fit, uice cum conuertimu' uerba.

'Sumere iam cretos, non sumptos cernere amicos.'

'Quom queo, tempus abest; quom tempus adest, ne-  
queo' inquit.

## Ἀλλοίωσις

Differitas fit, differre hoc ubi dicimus illo.

'Excitat hunc cantus galli, te bucina torua.

Te ciet armatus uictus, huic otia cordi.'

20

## Ἀντίθετον

Oppositum dico, contra cum opponimu' quaedam.

'Doctor tute, ego discipulus; tu scriba, ego censor;

Histrio tu, spectator ego; adque ego sibilo, tu exis.'

## Ἀιτιολογία

Redditio causae porro est, cum, cur ita, dico.

25

'Audi, etsi durum est; nam uerum quod graue primo

Consilium acciderit, fit iocundum utilitate.'

## Ἀνθυποφορά

At si aduersa mihi referam, relatio fiet.

'Sed moueas te, lucifugus, sis in medio audax!'

'Clandestina decet, cui pes malus optigit, umbra.'

30

17 supro P, corr. Quicher. || 18 Quod queo tempus abest nequeo inquit P, corr. et suppleuit Hauptius Sauppio similia praecente || in titulo Λοισις P, corr. Sauppius | fit uulgo: sit P | differe P | dicimu P | illi Sauppius || 20 buccina torua P | cordis P, corr. Quicheratius || 22 Appositum P, corr. idem || in titulo Αιτιολογία P || 26 Audi Quicheratius: Aud. P | nam uerum Sauppius: namuero P || 27 uero audire est colligens Rutil. || 19 | iogundum P || in titulo Ανθυποφορα, corr. Quicheratius || 28 relatio Schneidewinus || 29 Semoueas Emperius (quo accepto lucifugis Hauptius) | in medium Ahrensius || 30 Clandestina decet Hauptius: Landes (sic) inductus P Ludo est, inductus Ahrensius | optige P, corr. Ahrensius | umbra Hauptius: ambos P umbo Ahrensius

## Ἀπόκρισις

Fit responsio ad haec, quae contra fingimu' dici.

'Trascetur: sperne. dabit damnum: reparabis.

Caedet me: tolerare! neci mittor: morere, inquam.'

## Ἐπαναφορά

Est repetitio, cum uerbo saepe incipio uno.

'Ipse epulans, ipse exposcens laeta omnia nuptae, 35

Ipse patrem prolemque canens, idem ipse peremit.'

## Ἐπιφορά

Desitio contra, cum uerbo desino in uno.

'Ut possem, fecit fatum; dedit haec mihi fatum;

Si perdam, abstulerit fatum: regit omnia fatum.'

## Κοινότης

Haec duo coniunctim faciunt, communio uti sit.

40

'Uis callere aliquid: discas. uis nobilitari

Ingenio: discas. uis famam temnere: discas.'

## Ἀναδίπλωσις

Fit replicatio, si gemines iteramine quaedam.

'Ibo in eum, sit uel pollens sua fulmine dextra,

Pollens fulmine dextra, fero uis praedita ferro.'

45

## Βραχυλογία

Est breuitas, punctim paucis cum dicimu' multa.

33 hodie in P abscessus ut nil nisi inquam appareat | Cedet me tolerare (uel ttere) Sirmondi apogr., quod correxi; Caedet: ne toleres Sauppius Caedet me: tolera Ritschelius | neci mittor morere scripsi: ne si minor emorere Sirmondi apogr. at sum minor Sauppius nex imminet Ritschelius qui sim minor Halmius (emorere omnes) || 34—42 post 63 poni uult Gust. Dziadas || in titulo επαναφορα P || 34 uno om. P, add. Quicheratius || 35 exposcens scripsi: exponens P || 37 Desisto P, corr. Sauppius | contra supra lin. P || 40 ut sit P, corr. Ahrensius || 42 discas uis Quicheratius: dicas uis P || in tit. ανδιπλωσις P || 44 sua scripsi: ut P || 45 uis Ahrensius: bis P || in titulo βραχυλογία P || 46 punctim scripsi: partim P raptim Sauppius carptim Quicheratius || 47 ualuit idem: uoluit P

'Mentem contempla. nam consilio ualuit. fors  
Decepit saepe. *hic* at homo est. concede, fatetur.'

*Διαφορά*

Si uerbum diuerse iteres, distinctio fiet.  
'Cuius hoc homini dones: homo si modo, nolit.' 50  
'O mulier, uere mulier! scelera omnia in hoc sunt.'

*Πολυσύνδετον*

Multiingum dico, articulis quod pluribu' iungo.  
'Ille hunc fallit, at hic gaudet, nos uero timemus  
Praesenti in peregri ne fas abrumpere tentet.'

*Διαλελυμένον*

Abiunctum contra est, si singlis singula necto. 55  
'Cognosceas qui sis, cures te, uir sapiens sis'.  
'Est duris uerbis, timet illum quaelibet udum.'

*Διηρημένον*

Disparsum reddo, quod passum uno ordine reddo.

48 Decepit saepe ad P, quod *correxi* hic inserto; Decepit: fit saepe id *Sauppius* Decepit bene saepe: at *Schneidewinus* Decepit spem saepe: at *Halmius* Decepit. si peccat, homo est *Froehlichius* in titulo *διαφορ.* P || 49 diuersae P || 50 homodō si modo P || 51 mulier uere *Sauppius*: mulinere P || in titulo *πολυσύνδετων* P || 52 Multiingum *Quicheratius*: Multicongum, v *supra* c, P (sic) || 53 at] et *Sauppius* || 54 Praesenti *scripsi*: Praesentim P Praesertim *Quicheratius* | in *delet Sauppius*, | abrumper& & Iret (*supra* t signo .: addito) sic P; tentet *Quicheratius* || in titulo *Διαλελυμένων* P || 55 singlis *scripsi*: nullis P || 57 Est duris uerbis *scripsi*: Et prius uerb. (= uerbis.) P Et peius serpente *Ahrensius* Est drilus, uerpus *Hauptius* | timet i. q. udum (= *ebrium*) *scripsi*: time i. q. unum P time i. qualibet unum *Ahrensius* timet i. q. una *Hauptius* || in titulo *Διηρημένων* (sic) P, corr. *Quicheratius*; *διηρημένον* *Schneidewinus* || 58 *corruptus* | reddo] *num* recolo? dico *Riesius* | *num* quom? | passum] sparsum *Sauppius* | uno *Quicheratius*: non P | ordi≡ne P

'Ambo Iouis merito proles, uerum ille equitando  
Insignis Castor, catus hic pugilamine Pollux.' 60

*Διέξοδος*

Fit percursio, percurro cum singula raptim.  
'Maiorem uim non ducet; parilem similemue  
Vincemus; non audebit certe, ire minorem.'

*Ἐπιπλοκή*

Fit conexio, pōsterius si necto priori.  
'Cum sensi, dixi; cum dixi, deinde suasi; 65  
Cum suasi, ipse abii; simul atque abii, indupetraui.'

*Ἐπανάληψις*

Illa resumptio fit, quaedam cum dicta resumo.  
'Cognitus est nobis, iam cognitus est bene nobis.'  
'Tu uere sapiens, uere tu immo ipsa Minerua.'

*Ἐπιτροπή*

Fit concessio, cum quiduis concedimus optet. 70  
'Nesciuit uel non potuit uel noluit: ut uis,  
Pone, tibi permitto; tamen non debuit uti.'

*Ἐπιφωνούμενον*

Intersertio, cum inseritur sententia quaedam.

60 catus *Sauppius*: castus P | pugillamine pullux P || in titulo *διέξοδος* P || 61 percussio P, corr. *Quicher.* || 62 non ducet *scripsi*: non inueniet P haud inueniet *Ahrensius* Non uim mai. imo. *Christius* Maiori ui non ueniet *Hauptius* | similemue *idem*: simili in re P | certe ire *scripsi*: certare P certare minore (uel audebunt c. minores) *Ahrensius* || 64 conexio P || 65 dixi *ego*: dixisse P dixem *Sauppius* || 66 suasi ipse *scripsi*: suasissem P | indupetraui P || in titulo *επανάληψις* P || 68 est bene nobis *Ahrensius*: at bene noui P ac bene noui *Schneidewinus* || 69 uere tu *scripsi*: cunctis P, quo deleto alterum sapiens *reponit Hauptius* | imo P || tit. *επιτροπή* P || 70 optet *Quicheratius*: opte P; an apte? || 71 Hisce uti *Froehlichius* || 72 Ponet ibi P || tit. *επιφωνούμενον* P || 73 *quequē dā* P

'Pollet enim forma, quod regnum aetatis habendum est,  
Fortuna, quae sola potest quemcumque beare.' 75

## Ἐπίξευξις

Fit geminatio, cum sensus geminamus eosdem.  
'Thebae autem, Thebae, uicina urbs inclutaque olim.'  
'Mi nate, o mi nate, meae spes sola senectae.'

## Ἐπεκφώνησις

Exclamatio ea est, quam ut motus reddo repente.  
A, per quam uictum uideo me, tu improba et amens, 80  
Fortuna, es! quo sublimas mox ipsa premendos?'

## Ἰσόκωλον

Fit parimembre, ubi membra aequali circuitu sunt.  
'Cui nec finis adest cupiendi nec modus extat  
Utendi, citus in dando est, celer inque petendo.'

## Μερισμός

Cum priuis propria attribuas, fit distribuela. 85  
'Huic furta in manibus, fuga plantis, uentre sagina.'  
'Tu sumptu pauper, dando dis, ingenio rex.'

## Μετάβασις

At remeatio fit, cum rursus me redigo ad rem.  
'Uerum longius excessi nec tempore in ipso  
Fortasse indulgens animis: ergo redeo illuc.' 90

74 est P: uulgo omittunt || 77 inclutaque P || 78 meae *Quicheratius*: meme ae P || 79 ea] mea P || 80 Ah *Halmius*: At P | per quam *scripsi*: postquam P | amens *Quicheratius*: amans P || 81 quo — premendos *scripsi*: quos — premento P quor — prementos *Sauppis* || tit. *ισοκωλον* P || 82 parimembre P, corr. *Sauppis* | aequali circuitu sunt *scripsi*: aequa (*sic*) et circuitus sunt P aequalia *Sauppis* || 84 citius P, corr. *Quicher.* | inque petendo *scripsi*: irepetendo P in repet. *Quicher.* || 85 priuis *idem*: priuis m 1 in priuis corr. P | distribuela P || 86 fuga P || 88 remeatio P || 89 num in apto?

## Μετάφρασις

Fit uariatio, cum simili in re nomina muto.  
'Regnauit Libyco generi, regnauit et Argis  
Inachiis, dominatus item est apud Oebaliam arcem.'

## Μετάκλισις

Declinatio, cum uerbum declino parumper.  
'A primo puerum rectum est condiscere recte.' 95  
'Dignos digna manent, plerumque bonis bene uortit.'

## Ὅρισμός

Definitio fit, cum rem definitio pro me.  
'Diligere, hoc prorsum est uelle id, quod prosiet illi:  
Nam qui ad se reuocat quod uult, mihi sese amat ipse.'

## Ὅμοιοτέλετον

Confinest, simili fini cum claudimu' quaedam. 100  
'Quom minus indignatur, ibi magis insidiatur,  
Ut metuas noxam, si non ostenderit iram.'

## Ὅμοιόπτωτον

Aequaeclinatum est, quod casu promimus uno.  
'Auxilium, non consilium, rata, non cata uerba,  
Rem, non spem, factum, non dictum quaerit amicus.' 105

91 in *Sauppis*: om P 92 lybyco P | generi *Quicheratius*: gene P || u. 93 nihil nisi am arcem in P extat; quae abscisa sunt *Sirmondi apogr. praebet* || tit. *εκαλισις* P, corr. *Sauppis* || 94 uerbum *Ahrensius*: uerbo P || 95 A uulgo: i in P esse uidetur || tit. *ορισμος* P || 98 Dilige P, corr. *Quicher.* | uelle *Sauppis*: uert P | quod *idem*: om. P | prosiet *Empertus*: prosit et P || 99 uult mihi, sese *Sauppis*; magi' pro mihi *Buechelerus* | puto iste uel ille || tit. *ομοιοτελετον* P || 100 Confinest ego (*Confine est Quicher.*): Confinies P || 101 Quom minus *Halmius* (*Cum minus Sauppis*): *Comminus* P Quo minus (*et eo magis*) *Schneidewinus* || 102 noxam metuas P, traiecit *Quicheratius* | sin. (= si non) P || tit. *ομοιπτωτον* P || 103 Aequaeclinatum P, corr. *Ahrensius* | promimusi || uno P || tit. *πολιπτωτον* P

## Πολύπτωτον

Multiclinatum contra, uariantibus quod fit.  
 'Tu solus sapiens, tibi cuncti cedere debent,  
 A te consilium petere et tua dicta probare.'

## Παρονομασία

Supparile est, alia aequisono si nomine dicas.  
 'Mobilitas, non nobilitas.' 'bona gens, mala mens est.' 110  
 'Diuidiae, non diuitiae.' 'tibi uilla fauilla est.'

## Προσαπόδοσις

Est subnexio, propositis subnectere quaeque.  
 'At nos non ut tu: nos simplicitate, tu arte.'  
 'Hoc das, hoc adimis nobis: das spes, adimis res.'

## Παραδιαστολή

Subdistinctio fit, cum rem distinguimus ab re. 115  
 'Dum fortem, qui sit uaccors, comemque uocat se,  
 Qui sit prodigus, et clarum, qui infamis habetur.'

## Παρένθεσις

Interiectio, cum quaedam medio ordine famur.  
 'Huc ut uenimus, interea — nam tempus erat uer —  
 In sacrum Florae et Cereri nemus imus ad aras.' 120

## Παρομολογία

Est suffessio, cum sensi pro parte fatemur.

106 contra *Quicheratius*: contraria P | uariantius P, corr. *Halmius* (uariatus *Sauppius*) | fit *Ahrensius*: sit P | cedere debent *Quicheratius*: cedebent P | tit. *παρονομασία* P | 109 alia *Sauppius*: tale P alid *Ahrensius* || 100 *Mouilitas* P | nobilitas *Quicheratius*: uilitas P || 112 subnectio P, corr. *idem* || 113 tu arte *Sauppius*: tuare P || 114 adimes bis P, corr. *Quicher.* || tit. *παραδιαστολή* P || 116 forte P | quia sit, corr. *Schneidewinus* | uae corcomemq; P || 117 Qui ego: Quod P Quom *Halmius* | si P, corr. *Quicher.* || tit. *παρένθεσις* P || 118 Interfectio P, corr. *Quicher.* || 120 In scripsi: Et P | Cereris *Sauppius* || 121 suffasio P, corr. *Quicher.* | puto sensim

'Verum Academia dest.' 'esto: tamen omnia nulli  
 In dubium reuocant.' 'at quaedam, at pleraque quiuis.'

## Πρόληψις

Anticipatio fit, contraria cum occupo uerba.  
 'Credo, ille et flebit multum et irabit, amicos 125  
 Producet testes: sed uos rem quaerere par est.'

## Παρόμοιον

Adsimulatio, cum nomen simile hoc facio illi.  
 'Nam plebeius homo, ut ferme fit libera in urbe  
 Regibus, et puncto regnat suffragioloque.'

## Παρορησία

Inreticentia, cum uerum reticere negamus. 130  
 'Dicere, quod res est, cogor; uos ista, Quirites,  
 Vos facitis, dum non dignis donatis honores.'

## Πρότασις

Propositum, cum proponas, quod deinde repellas.  
 'Est ornanda domus spoliis: hic ornat amicam  
 Exuiis. leges discendum est: discit amores.' 135

## Πάντα πρὸς πάντα

Cuncta ad cuncta, ut: 'Gens Graia, Afra, Hispanica seruit;

122 dest scripsi: est P ait *Halmius* Academicus est *Hauptius* || 123 at *Quicheratius*: ad P | at ego: et P | quiuis scripsi: sibi P si uis *Quicher.* || tit. *πρόληψις* P || 125 ille et *Sauppius*: illae P || fleuit — iurauit P | multū, u supra i, P | amico P, corr. *Quicher.* || 126 Producit P, corr. *Quicher.* | pars est P, corr. *Quicher.* || 127 Atsimula momento cum simile P, corr. *Bueche-lerus*; Adsimile a m. *Quicheratius* Adsimile est, cum agnomento *Froelichius* || 128 Nan P || 129 Regibus *Ahrensius*: Regibi P Regnat ibi *Quicher.* Rex inibi *Schneidewinus* Regulus *Froelichius* | suffragioloqui (sic) P, corr. *Ahrensius* || 131 ista *Quicher.*: ita P || 133 Propositum *idem*: Propositi o P Propositum id *Sauppius*

Nam partim meritost ultus, partim insidiantes  
Praeuenit, partim inuictos uirtute subegit.'

Συναθροισμός

Est conductio conuegregatio, cum adcumulo res.  
'Multa hortantur me: res, aetas, tempus, amici, 140  
Concilium tantae plebis, dein nuntia uatum.'

Συνοικίωσις

Conciliatio, diuersum si conciliamus.  
'Prodigus iste et parcus hic est; dum nescit uterque  
Uti opibus, peccant ambo, res dedecet ambos.

Τρίκωλον

Teriuga sunt, quae respondent secum ordine trino. 145  
'Si neque diuitiis polles neque corpore praestas  
Nec corde exuperas, cur te dicam esse beatum?'

Χαρακτηρισμός

Fit depictio, cum uerbis ut imagine pingo.  
'Pocula, sarta tenens flexa ceruice iacebat,  
Limodes, grauis optutu, madido ore renidens.' 150

Ἐπιτίμησις

Est correctio, cum in quodam me corrigo dicto.

137 meritostultos P, corr. Sauppilus || 138 pueni P, corr. Quicher. | inuictos Ahrensius: uictor P | uirtutem P || tit. συναθροισμός P || 141 Concilia P, corr. Quicher. | dein nuntia Buechelerus: denuntia P praenuntia Halmius | natum P, corr. Schneidewinus || tit. συνοικίωσις P || 142 Conc. fit Quicher., tum diuersa ubi Froehlichius || 143 Prodigius et parcus idem nescit uterque P, correxi (de hic cf. L. Muelleri d. r. m. p. 343); Prod. est et p. idem: nam n. u. Quicheratius (anarus Froehlichius) || 144 dederet P, corr. Quicheratius; dederit G. Loewius || tit. τρίκωλον P || 145 trina Sauppilus || tit. χαρακτηρισμός P || 148 depictio P | uerb. an uerb. habeat P nescio || 149 sarta Quicheratius || 150 Limonides P, corr. Haasius || tit. επιτίμησις (sic) P

'Nam tarde tandem — tarde dico? immo hodie, inquam'.  
Uel sic: 'non amor est, uerum ardor uel furor iste.'

Προυπάντησις

Fit praeoccursio, si reddas priu' posteriori.  
Ut: 'pluuias cernas nolle istos, at cupere illos: 155  
Lirantes cupiunt imbrem noluntque uiantes.'

Ἀναστροφή

Esse reuersio et in prosa solet, ut fit in istis:  
'Pauillam ob culpam.' 'male quod uult.' 'praecipiti in re.'  
'Troianos facit ire ut diuus Homerus.' 'aues ut.'

Ἵπερβατόν

Transcensus porro est, cum intersita pendula claudo. 160  
'Atque ego, quod necat hic ciuis, ius eripit omne,  
Fas abolet, laedit leges, haec omnia mitto.'

Ἀντεναντίωσις

Exaduersio fit, minimis si maxima monstres.  
'Non parua est res, qua de agitur' pro 'maxima res est'.  
Ut dictust Ajax 'non infortissimu' Graium.' 165

Ζεύγμα

Nexum est, si uarias res uno nectimu' uerbo.

153 uerbum P, corr. Quicher. || 154 reddas idem: redas P || 155 at cupere ego (ac cupere Sauppilus): accipere P || 156 Lirantes G. Loewius (in Ritscheli actis soc. philol. Lips. IV 360: Arantes P Artrantes Froehlichius (agrestes uel agricolae alii) || 158 Pausillam occultam P, corr. Ahrensius | praecipit P, corr. Schneidewinus || 159 diuus P | uerba aues ut, quae uulgo prioribus adiungunt, separavi: cf. Verg. Aen. XII 262 || 160 intersita Quicheratius: inter posita P || 161 necat scripsi: negat P | ciuis scripsi: uinis P quiduis Sauppilus || 162 laed& (sic) P, corr. Quicher. || 163 monstres, sic P, ut semper in secunda persona (cf. Halmius ad u. 85) || 164 pro maxima Ahrensius: sed proxima P || 165 infortissimus, sic P



'Oebalon ense, Lycon ferit hasta, Pedason arcu.'  
Nam medium 'ferit' et fini pote principioque.

*Μεταβολή*

Si uerbum uarie mutes, uariatio fiet.  
'Quis nos propter te dilexit? quando aliquem tu 170  
Iunxisti? quas res gessisti? cur ita abundas?'

*Ἀλλοιώσεις* aut *Ἰπαλλαγὴ*

Fit mutatio multimodis. 'bello Africa flagrat,'  
Afros cum dicas bellare. et tempora quando  
Et casus numerosque figurando uariamus.

*Ἐλλειψις*

Fit defectio, cum uerbum, quod subtraho grate, 175  
Defit. 'curat enim nemo nec corrigat hanc rem,  
Sed culpat.' quippe hic 'quisquam' subtraximu' grate.

*Πλεονασμός*

Exuperatio fit, cum causa appono decoris,  
Quod uacat, ut: 'quarta uix demum exponimur hora,'  
'Saucius ille leo' — quia 'uix' pote tollere et 'ille'. 180

*Περίφρασις*

Est autem circum illa locutio: 'bucera saecla'  
'Fac discas' pro 'disce', et pro 'dic' 'dice loquendo.'

167 Lycon ferit *Christius*: ferit lycon P | astapidason arcu  
P, corr. *Quicher.* || 168 Nam *scripsi*: Nunc P | medium *ego*  
(mediumst *Christius*): medius P | mediot *Riesius* | ferit *Schneide-*  
*winus*: fuerit P | sini, sic P || 169 uariae P || 170 nos *Quiche-*  
*ratius*: non P || 171 Iunxisti *Schneidewinus*: Iussisti P | Iunxisti  
*Sauppius* || tit. *υπαλλαγή* P || 172 multis modis P || tit. *ελλοίωσις*  
P || 177 subtraximus *Quicheratius*: subtrax, (-xus) P || 178, 79 cum  
causa — Quod uacat *Christium secutus scripsi*: quod causa —  
Cum uacat P || 180 uix *Quicher.*: uim P || 182 lacunam uidit  
*Halmius* || tit. *προσδιασάφησις* P, corr. *Sauppius*

*Προσδιασάφησις*

Si plenum cumules, adsignificatio fiet.  
Ut: 'mihi non placet hoc animo.' quippe 'hoc animo'  
aufert 185

Et nihilo minus est plenum; uerum auxerit illud.

184 comules atsignif. P || 185 hoc *Loewius* (*l. l. p. 359*):  
om. P hic *Schneidewinus* hinc *Halmius addidit*; tu quippe  
*Sauppius* || 186 Enihilominus P | illud *Quicher.*: illum P | Expt  
*subscr.* P

## XXXI.

## INCERTI CARMEN CONTRA PAGANOS.

Fetum auctoris christiani a. 394 compositum hic placuit exhibere, cum et ad temporis illius historiam et ad ueteris Romanorum cultus instituta inlustranda faciat. extat in uetustissimi codicis Parisini 8084 Prudentium continentis (saeculo VI adscribunt) foliis ultimis temporis iniuria nunc difficillime legendis. descripsit carmen iam olim Salmasius, qui inde pauca — u. 57—62 et 106—109 — edidit in scriptoribus Historiae Augustae (quae fluxerunt in Burmanni [I 57, 58] et Meyeri [605,606] Anthologias) cuiusque apographon deprehendi in codice Parisino 17904; quod propterea ubique adhibui quod Salmasii tempore folia illa in meliore statu fuisse uerum est (P *Salm.* significau). integrum autem poema nostro demum aevo edidit Leopoldus Delisle in bibliothecae scolae cartularis ser. VI uol. 3 (1867) p. 297 sqq.; quem secutus est Carolus Morel primum de toto opusculo acute accurateque exponens [Revue archéologique a. 1868 et 69]. hinc pendet Riesius [Anth. lat. 4]; contributorumque symbola de Rossi [Bullet. di archeol. christ. 1868] et Rob. Ellisius [Journ. of philol. I 2]. deinde P. Kruegerus noua codicis collatione instituta cum multis locis quae priores latuerant eruisset, huius reuersioni (P *Krueg.*) et Hauptii emendationi innisus Mommsenus uersus iusto commentario instructos edidit in Hermae uol. IV p. 350 sqq.; quem exceptit Jac.

Maehly [Zeitschr. f. oester. Gymn. 1871 p. 584 sqq.]. tum nos ipsi in dissertatione musei Rhenani uol. XXXII p. 211 sqq. inserta et metricas rationes, in quantum fieri licuit, explanare et textus emendationem pro uiribus promouere studuimus; ad quam disputationem eo magis relego lectores quod quas ibi proposui uersuum transpositiones, utpote quamquam sua probabilitate non destitutas non tamen certas omnino, in eo qui sequitur textu exhibere dubitau. denique G. Dobbeltsteinus 'de carmine christiano codicis Parisini 8084' conscripsit dissertationem [Louanii 1879].

Dicite, qui colitis lucos antrumque Sibyllae  
 Idaeumque nemus, Capitolia celsa Tonantis,  
 Palladium Priamique Lares Vestaeque sacellum  
 Incestosque deos, nuptam cum fratre sororem,  
 Imitem puerum, Veneris monumenta nefandae, 5  
 Purpurea quos sola facit praetexta sacratos,  
 Quis numquam uerum Phœbi cortina locuta est,  
 Etruscus ludit semper quos uanus aruspex:  
 Iuppiter hic uester, Ladae superatus amore,  
 Fingeret ut cycinum, uoluit canescere pluma? 10  
 Perditus ad Danaen fluere subito aureus imber,  
 Per freta Parthenopes taurus mugireque adulter?  
 Haec si monstra placent nulla sacrata pudica

Pellitur arma Iouis fugiens regnator Olympi?  
 Et quisquam supplex ueneratur templa tyranni, 15  
 Cum patrem uideat nato cogente fugatum?

*Sine titulo* P || sybillae P || 2 Idaeumque P || 5 nefandae P  
*Salm.*: nefanda P *Krueg.* || 7 uerum P *Salm.*: uerum P *Krueg.* |  
 cortina P || 10 cycinum *formam uulgarem restitui*: cycinum P  
 cycinum *Delisius* || 11 danain P | fluere *scripsi*: flueret P || 12  
 parthenopis P | mugireq; *scripsi*: mugiret P *Krueg.* mugire P  
*Salm.* || post 13 unius uersus lacunam significau (sic pro si  
*Hauptius* nullo s. pudore *Riesius* u. 13) || 16 cogente *Salmasius*  
*in apographi marg.*: sogente P

Postremum, regitur fato si Iuppiter ipse,  
 Quid prodest miseris perituras fundere uoces?  
 Plangitur in templis iuuenis formosus Adonis,  
 Nuda Venus deflet, gaudet Mauortius heros, 20  
 Iuppiter in medium nescit finire querellas  
 Iurgantesque deos stimulat Bellona flagello.  
 Conuenit his ducibus, proceres, sperare salutem  
 Sacratiss, uestras liceat componere lites?  
 Dicite: praefectus uester quid profuit urbi, 25  
 Qui Iouis ad solium raptus transactu' sarissa est,  
 Cum poenas scelerum tracta uix morte rependat?  
 Mensibus iste tribus totum qui conceitus orbem  
 Lustrauit, metas tandem peruenit ad aeu!  
 Quae fuit haec rabies animi, quae insania mentis, 30  
 Seditio ut uestra posset turbare quietem?  
 Quid tibi iustitium incussit, pulcerrima Roma?  
 Ad saga confugerent, populus quae non habet olim?  
 Sed fuit in terris nullus sacratior illo,  
 Quem Numa Pompilius, e multis primus aruspex, 35  
 Edocuit uanos ritus pecudumque cruore  
 Polluere (insanum) bustis putentibus aras.  
 Non ipse est, uinum patriae qui perdidit hornum?

24 *malim* Sacraei et, ut Sacraei ad proceres spectet | uestras  
 liceat P *Krueg.*: liceat uestras P *Salm.* | leges lites P *Salm.*  
 25 urbi P || 26 Qui *de Rossi*: Quem P Quom *Ellisius* | raptus  
*de Rossi*: raptum P raptim *Ellisius* | transactus *scripsi*: tracta-  
 tus P trabeatus *Morelius* | sarissa e *scripsi*: abisset P adisset  
*Hauptius* *nililo melius*; de sarissa uoce cf. XXI 824 || 27 poena  
 P, corr. *Delislius* || 28 totum — orbem *Mommseus*: totum —  
 urbem P totam urbem *Riesius* (quod commendat *Schenkelius*  
*stud. Vindob.* I p. 73) || 29 lustrauit aetas P, corr. *Delislius* (cf.  
*Verg. Aen.* X 472) || 31 Seditio ut *scripsi*: Sed o ut P *Salm.*  
 Sed ioui P *Krueg.* Sed Iouis *Morelius male* | uestram P, *correxi* ||  
 32 Quid (uel Quo) *scripsi*: Quis P || 33 *malim* confugeret populus,  
 quae || 36 uanos ritus *scripsi*: uano ritu P | paecudumque P ||  
 37 Polluere *Morelius*: Polluit P | busti P || 38 perdidit hornum  
*scripsi*: prodidit olim P (quo seruato uenum patriam *Hauptius*,  
 sed ut tradidit corrigendum restet)

Antiquasque domus, turre ac tecta priorum  
 Subuertens urbi uellet qui inferre ruinam? 40  
 Ornaret lauro postes, conuiuia daret,  
 Pollutos panes infuso ture uaporo  
 Poneret? inuisum quaerens qui dedere morti  
 Collaribus subito membra circumdare iussit  
 Fraude noua semper miseros profanare paratus? 45  
 Sacratiss uester urbi quid praestitit? oro.  
 Qui hierium docuit sub terra quaerere solem,  
 Cum sibi forte pirum fossor de rure dolasset  
 Dicens esse deum comitem Bacchique magistrum;  
 Sarapidis cultor, Etruscis semper amicus; 50  
 Fundere qui incautis studuit confecta uenena:  
 Mille nocendi uias, totidem cum quaereret artes,  
 Perdere quos uoluit percussit luridus anguis;  
 Contra deum uerum frustra bellare paratus,  
 Qui tacitus semper Ingeret tempora pacis 55  
 Nec proprium interius posset uulgare dolorem.  
 Quis tibi taurobolus uestem mutare suasisit,  
 Inflatu diues, subito mendicus ut esses?  
 Obsitus et pannis, modica stipe factus epaeta,  
 Sub terram missus, pollutus sanguine tauri, 60

39 Antiquaque P | ac] a P || 40 qui *scripsi*: cum P || 42 in-  
 fuso *scripsi*: infectous P (id est infecto *suprascripto olim* us  
*supra* ect) infectans *Delislius* infectos *Riesius* || 43 inuisum  
*scripsi*: in risum P | qui dedere *scripsi*: quodedere P quos de-  
 deret *Delislius Hauptiusque* || 44 Collaribus *Hauptius*: Gallari-  
 bus P Calasibus *Dobbelsteinus* | iussit *ego*: subitus P suetus  
*Hauptius* || 45 profanare *suspectum* || 47 Quid P | Hierium *de*  
*Rossi* || 48 pyrum P || 49 Dicens *scripsi*: Diceretque P Diceret  
*Ellisius* | bhacchique (deleto h post b) P *Krueg.* bacchoque P  
*Salm.* | ministrum *Hauptius* *mauit* || 51 confecta *scripsi*: con-  
 certa P concepta *Delislius* contrita *Hauptius* || 52 *malim* no-  
 cendo uis | cum quaereret *ego*: conquereret P conquereret *De-*  
*lislius* || 53 percussit (it *supra lineam*) P || 56 Nec *de Rossi*: Ne  
 P || 59 modicastepefactusepeta P (epeta om. P *Salm.*), corr.  
*Morelius* || 60 terra P

Sordidus, infectus, uestes seruare cruentas?  
 Viuere num speras uiginti mundus in annos?  
 Abiuras censor meliorum caedere uitam,  
 Hinc tua confisus possent quod facta latere,  
 Cum canibus Megales semper circumdatus esses, 65  
 Quem laruale chorum monstrum comitares ouantem.  
 Sexaginta senex annis durauit efēbus,  
 Saturni cultor, Bellonae semper amicus,  
 Qui cunctis Faunosque deos persuaserit esse  
 Egeriae nymphae comites Satyrosque Panasque, 70  
 Nympharum Bacchique, Corae Triuiaequae sacerdos;  
 Quem lustrare choros ac molles sumere thyrsos  
 Cymbalaeque inbuerat quater Berecynthia mater;  
 Quis Galatea potens iussit Ioue prosata summo,  
 Iudicio Paridis pulcrum sortita decorem: 75  
 Saerato nulli liceat seruare pudorem  
 Frangere cum uocem soleant Megalensibus actis.  
 Christicolas multos uoluit sic perdere demens,  
 Quis, uellent sine lege mori, donaret honores

62 num scripsi: cum P | annos P Salm.: annis (i fere certo, s non plane perspicuo) P Krueg. || 63 Abiuras ego: Abieras P | cedere P || 64 Hinc P Krueg.: Haec P Salm. || 65 Megales Morelius: magalis P || 64 laruale scripsi: la-ua P Salm. lacina (u incerto) P Krueg. | chorum ego: corum P lacina cohors Hauptius | comitares ego: comitarec P comitaret Morelius (de e et s permutatis cf. 72) || 67 efobus P || 68 Saturni P Salm., Kruegero S non plane perspicua uisa || 69 Qui cunctis Delistius: Quictis P | faunosque P Salm.: faunosque P Krueg. | persuaserit ego: persuaserat P || 70 Egeriae nymphae P Salm.: Egeriae nymphae P Krueg. | satyrosque poenasque P || 71 Corae scripsi: comae P comes Delistius (quod non recte ex Petronio c. 133 defendit Morelius) | triuaequae P || 72 Quem P Krueg., 'quantum dispicitur': Cum P Salm. | thorus ac moles sumere thyrsos P (thorum et molles P Salm.), corr. Morelius coll. Verg. Aen. VII 390 || 73 Cymbala quem P, corr. Morelius (quae Hauptius) | berecynthia P Salm. berecynthia (a priore supra lin. posita) P Krueg. || 74 Galatea] Cytherea Morelius, Latoa ego in uersu scilicet transposito || 78 xpicolas P || 79 Quis Machly: Qui P

Oblitosque sui caperet quos daemonis arte, 80  
 Muneribus cupiens quorundam frangere mentes  
 Aut alios facere praua mercede profanos  
 Mittereque inferias miseros sub Tartara secum.  
 Soluere . . . uoluit pia foedera leges,  
 Leucadium fecit — fundos curaret Afrorum — 85  
 Perdere Marcianum, sic ui proconsul ut esset.  
 Quid tibi diua Paphi custos, quid pronuba Iuno  
 Saturnusque senex potuit praestare sacrato?  
 Quid tibi Neptuni promisit fuscina, demens?  
 Reddere quas potuit sortes Tritonia uirgo? 90  
 Die mihi, Sarapidis templum cur nocte petebas?  
 Quid tibi Mercurius fallax promisit eunti?  
 Quid prodest coluisse Lares Ianumque bifrontem?  
 Quid tibi Terra potens, mater formosa deorum,  
 Quid tibi sacrato placuit latrator Anubis? 95  
 Quid miseranda Ceres mater, Proserpina subter?  
 Quid tibi Uulcanus claudus, pede debilis uno?  
 Quis te plangentem non risit, caluus ad aras  
 Sistriferam Fariam supplex cum forte rogares,  
 Cumque Osirim miserum lugens anquireret Isis, 100  
 Quae renet inuentum, rursus quem perdere posset,  
 Post lacrimas ramum fractum portares oliuae?

80 Oblitosque sui P (dei Riesius) | demonis P || 82 praua Machly: parua P || 83 Mittereq = inferias fere Krueg., Mitteret inferias Salm. in P sibi legere sunt uisi || 34 inter Soluere et uoluit spatium reliquit Salm.: quis (litteris qui minus perspicuis) Krueg. in P legit; hinc qui Hauptius, et porro soluit per turpia f. l. Doppelsteinus || 86 marcianum (r supra lin.) P | sic ui scripsi: sibi P | ut esset P Salm.: ut esse (esse obscuris et post e perforata membrana) P Krueg. || 87 diua (di supra lin.) P | Paphi Hauptius: phafus P, unde formam Paphu restituas | Iuno P Salm.: nunc foramine assumptum || 91 petebas (te supra lin.) P || 96 ceres subter proserpina mater P, transpos. Machly (Ceres suboles Salmasius in marg.) || 100 ossyrim P | lugens Momm-senus: lugis P | anquireret Isis suppleui: latrator anubis P e. u. 95 || 101 Quae renet P Salm.: Quaceret P Krueg. (Quae tenet Delistius et Morelius legebant) || 102 portaret P, corr. Riesius

Vidimus argento facto iuga ferre leones,  
 Lignea ceu traherent iuncti stridentia plaustra,  
 Dextra issam laeuaque argentea frena tenere, 105  
 Egregios proceres currum seruare Cybellae,  
 Quem traheret conducta manus Megalensibus actis,  
 Arboris excisae truncum portare per urbem,  
 Attin castratum subito praedicere Solem.  
 Artibu' sed magicis procerum dum quaeris honores, 110  
 Sic, miserande, iaces paruo donatu' sepulero.  
 Sola tamen gaudet meretrix te consule Flora  
 Ludorum turpis genetrix Venerisque magistra,  
 Composuit templum nuper cui Symmachus heres.  
 Omnia quae in templis positus tot monstra colebas, 115  
 Ipsa mola et manibus coniunx altaria supplex  
 Dum cumulat donis uotaque in limine templi  
 Soluere dis deabusque parat superisque minatur  
 Carminibus magicis cupiens Acheronta mouere,  
 Praecipitem inferias miserum sub Tartara misit. 120  
 Desine post hydropem talem deflere maritum,  
 De Ioue qui Latio uoluit sperare salutem!

103 *nonne* factos? || 104 Lignea P *Krueg.*: Ignea P *Salm.* |  
 ceu *scripsi*: cum P || 105 issam (= *dominam seu deam*) laeuaque  
*scripsi*: leuaque situm P istum *Riesius* || 106 Aegregios P | *nonne*  
*stipare uel forma plebeia sectare?* | cirillae P, *corr. Salmasius* ||  
 107 Quem P *Salm.*, *Kruegero incerta* | trahere P || 108 Arboribus P,  
*corr. Salmasius* || 110 Artibus P | sed *ego*: seu P heu *Riesius* |  
 quaeres P || 111 iacis P | donatus P || 114 symmachus P || 116 mola  
 et *Dobbelsteinius*: molat P mola *Ellisius coll. Aen.* IV 517 ||  
 117 comulat et limina P || 118 diis P | minatur P *Salm.*: minatur  
 (us *litt. coniunctis*) P *Krueg.* || 119 aceronta P || 121 ydropem P  
 || 122 an ualuit?

## XXXII.

## INCERTI

## EPITHALAMIUM LAURENTII ALIAQUE.

Extitit olim codex Claudiani carmina continens,  
 quibus librarius propter argumenti quandam uicini-  
 tatem alius poetae fere coaeui fetus uarios subiunxerat.  
 ex quo duo fluxerunt genera librorum mss., quorum  
 prius conformat:

C, Cuiacianus hodie deperditus, de quo Clauerius  
 in sua Claudiani editione [Paris. 1602] haec scribit fol. 1:  
 'erant praeterea in uet. codice et schedis Gnosianis  
 [inde profectis] multa et uaria opuscula neque bella satis  
 neque genuina meo iudicio, qualia sunt haec praecipue:  
*Panegyricus amicorun. de lauacro* [III], *de Dulcio* [XII],  
*Epithalamium Laurentii* [I], *Laus Martis* [VIII], *de uinali-*  
*bis* [III] *de Cythera* [V], *de Isidae nauigio* [II], *de hiru-*  
*dine*, *de ceruo* [VI], *de uitulis marinis*, *de paupere singu-*  
*lari*, *de ape.*' porroque pergit: 'sed haec non adeo  
 cuius dissona uideantur aut aliena ab hoc poeta [Clau-  
 diano]: *de aquila* [VII], *Laus Liberi* [X], *de hippopotamo*  
*et crocodilo* [XI]'. et haec tria ubi posuit, finit in his  
 uerbis: 'plura non libuit addere'. ex hoc libro Cuiaciano,  
 cuius *iaetura* non satis potest doleri, nonnulla  
 certe etiam alii eius aevi docti descripserunt. extant  
 enim ex parte carmina illa in schedis saeculo XVII  
 factis; quae sunt:

H, cartae Heinsii maxime aliorumque ad Antho-

logiam spectantes nunc Heidelbergenses [cf. praef. uol. IV], in quibus interposita sunt alienis haec collectionis nostrae carmina: X, III, VIII, V, XII, Claudiani ad Maximum epigramma, XI, III, VI. sed his cartis fideliores sunt

P, schedae Peirescianaes siue codex Uaticanus 9135, cui insertum est folium sub titulo *incerti auctoris* continens carmina II—XII (adiecto ante XII Claudiano illo ad Maximum) eo quem infra secuti sumus ordine. cf. Mommsenus C. I. L. I p. 412 et Hermæ uol. I p. 133 sq.

Ex archetypo supra adumbrato praeter C alterum saeculo fere X factum est apographon, ualde illud quidem temporum iniuriam passum, quod repraesentant hi testes:

V, Claudiani codex Uaticanus 2809 saec. XI, de quo cf. Ieepius praef. Claud. I p. XXXIV, qui praebet XII (1), XIII, I, X, VIII, VIII, XI, VII. ectypon antea incognitorum ex Heinsii apographo praebuit Burmannus Claudiani sui p. 1007 sq., cuius errores paucos correxerunt ex accuratiore conlatione L. Muellerus Ieepiusque.

A, Ambrosianus M 9 sup. saec. XIII (cf. Ieepius l. l. p. XXXV), eodem ordine eadem exhibens opuscula (nisi quod c. VIII lacuna relicta omittit), ceterum multo deterior quam V. hoc libro ex Heinsii schedis usus est Burmannus in Anthologia sua latina; nunc ex Ieepii conlatione certiora de hoc quoque libro edocti sumus.

Carmen XIII, quod in solis A V (nam ex his fluxerunt quae itidem continent schedae Gudii) extat, cum absit a ceteris codicum Claudianeorum familiis, hinc iure concluderunt docti ex eodem quo cetera nostra fonte fluxisse, licet nullum illius uestigium extet in C P H (nec tamen Clauerius omnia commemorauit quae in C extiterunt). est autem, ut recte intellexere, imitatio poematis Claudianeis LXX [Gesn.].

Perierunt igitur ex eis quae Clauerius enumerat poemata *Panegyricus amicorum* (maluit *Aniciorum* L. Muellerus), *de hirundine* et *de uitulis marinis*, denique *de paupere singulari* et *de ape*. ea autem quae tulerunt aetatem facile nobis persuademus esse omnia eiusdem hominis, qui aliquod per tempus Constanti-nopoli uixit regnante Arcadio.

Post Heinsium Burmannumque et Eldikium (cuius in c. I coniecturae prolatae sunt in relat. acad. litter. Neerland. ser. II p. 3, 1873, p. 164) scripserunt de his frustulis L. Muellerus mus. Rhen. XXII p. 83 sqq., XXIII p. 126 sqq. et 323 sq. et A Riesius in disputatione, qua de codicum familiis bene exposuit, Fleck-eiseni ann. a. 1868 p. 701 sqq. inserta; ediderunt idem Anth. L. 742—60 et non ita diligenter Ieepius Clau-diani uol. II p. 183 sqq.

### I. Epithalamium Laurentii.

\* \* \*

Huc ades, o Florens, et festa luce relaxa  
Mentis onus nebulasque fuga, quae frontis honorem

\* \* \*

In primis te sponse precor: patiare canentem,  
Teque puella magis: tacito mihi murmure parcas.  
Seimus enim, seimus uobis nunc carmina nostra 5

1 (cf. *Burm. Anth. l. VI 87, Wernsdorf. IV, 2, p. 488*) Incipit epythalam laurentii litt. maiusc. V, om. A || 1 et 2 omissos a AV huc transposui: extant post III 10 in HP (initium carminis, ut habetur in AV, lacunosam esse iam adnotauit Burmannus); primo igitur loco poeta allocutus est nouorum nuptiorum parentes || 3 hic incipiunt AV | in primis A spatio litterae I relicto || 4 murmure scripsi: carmine AV crimine Wernsdorfius parum apte

Doctiloquique etiam linguam sordere Maronis,  
 Sed breuiter strictimque duos dicemus amantes,  
 Atque Maria licet plus quaerat, pauca loquemur.  
 Principio generis simili uos stirpe creatos  
 Florentis Florique patris sat nomina produnt. 10  
 Matribus et pariter respondet fetus uterque.  
 Nam decuit Mariam sapientem fundere *natam*  
 Calliopenque simul iuuenem proferre *togatum*.  
 O similes multumque pares! te prima iuuentus  
 Insignem uegetumque tenet. nam nuper *adultus* 15  
 Flore genas plenaque tegens lanugine malas  
 Mollia uotifero dempsisti uellera ferro,  
 Egregio fulgens cultu totusque decorus  
 Et facie mores patriamque ex nomine pandens.  
 Nam quae primates quondam genere Latinos 20  
 Antiquaeque urbi proprium tribuere uocamen,  
 Dant tibi, Laurenti, Laurentes nomina nymphae.  
 Quid memorem mores iuuenili in corde seniles  
 Atque Italum ingenium Romana feruere lingua?  
 Tu fora, tu leges celebras sanctumque tribunal, 25

6 sordere *Wernsdorfius*: solidare **AV** || 8 Atque Maria licet *scripsi*: Mariaque... cet (*supra lac. m. 2 li scripsit*) **V** Maria *sequente lacuna A* Materiesque licet *Buechelerus*; *moram cupit retentura filiam mater* || 9 *sq. uerba* Principio — patris *ex C affert Clauerius* || 9 nos **A** *Clauerius* || 10 Florentis *Clauerius*: Florenti **AV** | patrum *Hauptius opusc. III p. 373* | produnt *Burmannus*: prodet **AV** || 11 fetus **V** || 12 Maiam *coni. L. Muellerus* | *natam (uel prolem) idem: om. AV* Musum *Hauptius* || 13 Calliopēq; **A** | togatum *Riesius primum suppluit*: to **V** *om. A* || 15 nam nuper *om. A* | *adultus. (uel ephebus) L. Muellerus: om. AV* ad aras *Buechelerus*; *coniceres adulto uel opaco, nisi clausulam restitutam commendaret Dracontius carm. min. VI 29* || 16 Flore genas *scripsi Fleckeis. ann. 1873 p. 64*: Florigenas **AV** | tegens *scripsi coll. Ouid. met. 9, 398*: decens **AV** || 17 dempsisti **V** || 18 fulgens *Muellerus*: fulges **AV** (*quo seruato Riesius u. seq. E facie et pandis*) | num uultu? || 19 Et facie **A**: Et faciem (*post fac. m. 2 supra lin. et add.*) **V** || 22 Dant — nomina **V**: Dat — nomine **A** | nymfē **V** nymphē **A** || 23 in *delet Muellerus* || 24 ithalum **A** ||

Promptaque et impavidus tu suetus dicere dextra.  
 Te palmam insontes semper tenuere patrono,  
 Te contra stantem semper timuere nocentes:  
 Prorsus habes iuuenis totum, quod Tullius auctor  
 Causidicos retinere iubet. nam fultus utroque 30  
 Vir bonus es nimium pariter fandique peritus.  
 Ad te nunc breuiter (nam sic te uelle putamus)  
 Verba, puella, feram. puro formosa colore  
 Lilia ceu lucent rutilis commixta rosetis,  
 Sic rubor et candor pingunt tibi, florida, uultus. 35  
 Denique miramur quod colla monilia gestant,  
 Atque humeris frustra phaleras imponis eburnis.  
 Non tibi dant gemmae, sed tu das lumina gemmis,  
 Atque alias comit, per te quod comitur, aurum.

*Scita* loqui scriptique tenax ueloxque legendi; 40  
 Ac tamquam talis fueris praesaga mariti,  
 Et Musea tuis insedit cura medullis.  
 Nec minus in propriis studium. nam uellera lanae  
 Textilibus calathis semper tractare perita

26 et *add. Muellerus: om. sine lacuna AV* || 27 palmam *insontes idem: insontes palmam AV* | tenuere, *ita AV* || 28 stantem *Muellerus*: adstantem **AV** || 31 pariter fandique *scripsi*: fandi paterque **V**, *om. A* (fandi pariterque *tacite Heinsius*) || 32 At **AV** | nunc **V**: non **A** || 33 puro *scripsi l. l.*: pulchro **V** puleno **A** || 34 lucent *scripsi*: niteant **AV** rident *Muellerus recte coniunctiuum non tolerans; meum commentum commendat allitteratio bene mixta* || 35 Florida *maluit tamquam puellae nomen Riesius* || 36 quid — gestent **A** || 37 Atque *Wernsdorfius*: Ex **AV** (*quo seruato suspendis Burmannus*) | eburnis **V**: eburnas **A** || 38 Non tibi dant *scripsi*: Non tibi nam **V** Nam tibi non **A** || 39 quod comitur *Eldikius*: componitur **AV** || *post 39 unius uersus lacunam significavi; dest quo transitus fiat ad seqq., ut u. 43* || 40 *Scita loqui scripsi: ... aloqui lacuna relicta V, totum om. A* Eloquenti *Heinsius* Docta loqui *Buechelerus* || 41 Ac tamquam *scripsi: ... tamquam lac. rel. V, totum om. A lac. rel. a talis incipiens Et add. Heinsius* || 42 Et (=etiam) *addidi: om. lac. rel. AV* Haec *Muellerus* iam *Buechelerus* || 44 galathis **V** | tractare **V**: traxere **A**

Inque globos teretes coeuntia uoluerē pensa 45  
 Compositas tenui suspendis stamine telas;  
 Quas cum multiplici frenarint licia gressu,  
 Traxeris et digitis cum mollia fila gemellis,  
 Serica Arachneo densentur pectine texta  
 Subtilisque seges radio stridente resultat. 50  
 Sed iam sufficiat de magnis pauca locutum;  
 Nec sinit hoc tempus totas nunc pandere laudes.  
 Quin magis o pueri nosque haec audite puellae,  
 Quos optare pares thalamos taedasque iugales  
 Sensibus ex imis suspiria ducta fatentur: 55  
 Consortae prensate manus magnumque per orbem  
 Dextra liget laenam; festos celebrate hymenaeos,  
 Ac modulante melo pariter quassoque pauito  
 Cum pede uox resonet! persultent atria longa,  
 Quae uirides cingunt hederæ laurique coronant 60  
 Votigerique ignes, stellantia lumina, complent!  
 Tympana, chorda simul, symphonia, tibia, buxus,

45 teretes V: ueteres A | uoluerē *Eldikius*: uellera V A uel-  
 lere *Wernsdorffius* pectere *Muellerus* || 47 frenarint *Muellerus*:  
 frenarunt A V || 48 cum V: tum A || 49 Arachneo *Heinsius*:  
 araneo A V | densantur *Burmānus* || 50 seges] pepus *Eldikius*  
 | stridente A || 51 sufficiant A | loquuntum A V || 52 Nec (= nec  
*enim*) V: Non A | totes A | nunc pandere laudes V: effundere  
 uires A || 53 haec audite *scripsi*: exaudite A V || 54 Quas V || 55  
 ex imis V *m. rec. corr.*: eximīs A V || 56 Consortae *scripsi*: Con-  
 sertas A V | prensate V: pēsate A pressate *Buechelerus* || 57  
 fastos A | ymineos V himeneos A || 58 melo *Burmānus*: melos  
 A V (*quo retento* modulate *Muellerus*) | quassoque pauito *scripsi*:  
 cesoque pauito A V caeso pauimento *Heinsius* caeso pauimento  
*Hauptius* quasso pauimento *Riesius* caesoque pauito *Muellerus*:  
*at ut uocis* pauimento *alia forma apud idoneos auctores non*  
*extat (uocem pauitum habet Paul. Nolan. 25, 37), ita caedere*  
*non ualet pulsare* || 59 Cōpede A | persultante *Eldikius*: *malim*  
 persultetq. | longa *Heinsius tacite*: larga A V || 61 uotiferique  
 ignis L. *Muellerus* | lumina *Heinsius* | *de taedis cum aptius*  
*cogitemus quam de Lucifero, malim stellantia lumina* || post 61  
*intercidit, ut puto, uersus quid musica instrumenta sint factura*  
*indicans* || 62 Tympana A | corda A V | *simp.* A

Cymbala, bombalium, cornus et fistula, *sistrum*;  
 Quaeque per elatas inspirant carmina uoces,  
 Humida folligenis exclament organa uentis! 65  
 Surge age iam iuuenis, dextram complectere sponsae,  
 Tuque puella caput niueo uelamine tecta  
 Non cunctante gradu gressum comitare mariti.  
 Teque etiam paucis moneamus, pronuba, uerbis.  
 Cum fuerit uentum ad thalamos primumque cubile, 70  
 Sit tibi cura uigens innoxia reddere membra  
 Virginis, ut totum quod possit laedere demas:  
 Nullum sit capiti quo crinis comitur aurum,  
 Nec collo maneant nisi quae sunt laeuia fila,  
 Anulus et digitis tollatur mollibus asper, 75  
 Ac niueos auro propera spoliare lacertos,  
 Ne, faciunt dum ludum atque oscula dulcia iactant  
 Exercentque toris Veneris luctamen anhelum,  
 Puncta per amplexus foedentur membra mariti  
 Atque inuita uiri maculet quae diligit ora. 80  
 Ite pares tandemque toro recubate petito:  
 Mellea nunc roseis haerescant basia labris

63 Cimb A | bambalium A bambilium V, *corr. Burmannus* |  
 sistrum *Heinsius*: si V, *om.* A || 64 elatas *scripsi*: gratas V er-  
 ratas A (aeratas — fauces *Hauptius de fistulis aeneis intellegens*;  
*tu intellege hydraulicorum sonos*) || 65 Humida V: Huia A *idem*  
*exprimens* folligenis exclament *Wernsdorffius*: folligeris exclamant  
 A V | uentis *Muellerus*: notis V uocis A || 67 niueo] Tyrio *Eldikius* ||  
 69 Teque V: Tuque A | monearis A || 71 uigens V: ingens A |  
 membra A V || 73 crinis, *ita* A V | aurum] *num acrum?* || 74  
 maneant V: iaceant A | leuia fila A V (mollia filo *Heinsius*  
*errore*) || 75 *cf. Aldhelmus p. 288 Göl.*: ut illud epithalamii:  
 anulus — asper (*ubi e pro et*) || 77 Ne V: Nec A | dum faciunt  
 ludum *sive* faciunt dum ludum *scripsi*: dum faro ludum V, dum  
*lacuna relicta* A dum ambo (*uel iam*) ludunt *Muellerus* dum  
 proludunt *Riesius* | iactant] captant *Eldikius* || 78 thoris A |  
 anelum (*h supra a m. l*) A || 79 Puncta *Eldikius*: Cuncta A V  
 iuncta *Muellerus* | fed. V fed. A || 81 thoro A | petito *Muellerus*:  
 potito A V || 82 *cf. Aldhelmus p. 306*: ut in epithalamio mellea  
 — labris (*cf. et p. 43*) | nunc *Eldikius*: tunc A V *Aldhelmus* |  
 basia] labia *bis Aldhelmus*



Et compressa suis insudent pectora membris  
 Per niueosque humeros collumque per os . . . .  
 Dextera ceruicem roseam subiecta retentet,  
 Turgentesque simul constringat laeua papillas.  
 Viuite felices quam longaue carpente saecula.  
 Viuite concordēs, donec premat una senectus,  
 Qua iam dextra habeant natorum uota nepotes.

85

## II. De Isidis nauigio.

Isi, o fruge noua quae nunc dignata uideri  
 Nec Cereris plena ad munera poscis opem  
 (Nam tu nostra dea es nec te deus ipse tacendi  
 Abnegat, expertus quis tua uela ferat:  
 Namque tibi Zephyrus fauet ac Cyllenius ales):  
 Ne nostra referas de regione pedem.

5

## III. De lauacro.

Qui splendere cupis claro tenuique lauacro,  
 Pontica succedas in balnea nobilis undae,

83, 84 om. A lacuna relicta || 83 pectora V: corpora coni. Ricsius | membris V: uinclis coni. Buechelerus || u. 83 Muellerus post 84 ponit || 84 Per add. m. rec. in lacuna, quam reliquit V | os lac. rel. V (osque caputque uel caputque retentos suppleuit m. rec. inepte); osque genasque Heinsius oscula manent Muellerus; totus locus nondum sanatus || 85 roseam V: niueam A || 86 Turgentesque V: Stringentesque A || 89 Qua iam dextra scripsi: . . . uestra (in lacuna m. rec. Donec add.) V totum om. A, in quo manus fere aequalis lacunam per Multorumque suppleuit; Et iam uestra Muellerus peruerse natorum nota accipiens liberorum desiderium (et quid tum nepotes, cum nati sint commemorandi?); tu uota pro nuptiae accipe, ut sit sententia: qui nati uestri felicibus iuncti taedis uobis donauerint nepotes | habeant, ita A V | uota V: iura A

II. Extat hodie in P, qui De Isidiae (uel Isidis mgo) nauigio inscribit || 2 Nec Cereris plena ad scripsi: Plena nec ad Cereris P

III. Extat in HP (A. L. Burm. III 50, Mey. 927)

Quam nec Alexandri mater sub sole cadenti  
 Emeruit: non sic uaria se adspergine Caii  
 Effundat per aperta latex e sedibus imis  
 Cum Syrio unguento. semper tibi roscidus humor  
 Hic femora et suras et brachia molliter ambit  
 Et rigat ut pluuia sensimque ad colla resultans  
 Tangit odore leui et grato spiramine nares,  
 Lenis et externas admittere nescius artes.

5

10

## III. De uinalibus.

Non tibi uina placent, o insanabilis hospes,  
 Nec mens est Thebana tibi, licet aggere celso  
 Dircaeae rupis dicas fluxisse parentes,  
 Vertice de Nysae pernox qua rura Lyaeus  
 Transiit inpleuitque uias nigrantibus uuis?  
 Musta orbi posuit pater; et non tempore ab illo  
 Desierunt haec sacra coli, uatumque sonoro  
 Carmine Mincius et strepuit circumsita ripa  
 Fluminis Etrusci, quem non aequabit Orontes.

5

## V. De Cythera.

Forte erat Aurorae tempus Solisque quadriga  
 Fecerat et uentum et sonitum per mobile marmor

4 num Abnuerit? | sic Buechelerus: si HP | asp. H | Caii sine dubio corruptum, expecto loci sub sole cadenti siti nomen; Bais Buechelerus, qui et gratus uel talis coniecit || 5 num Effundit? | aperta H || 6 semper tibi scripsi: semper cui P cui semper H || 8 ut pluuia scripsi: in pluuiam HP || 9 leni P || 10 artes H || post 10 HP addunt I 1 et 2, quae transposui (post I 2 H lacunae habet signa).

IV. Extat in HP (A. L. Burm. I 25, Mey. 576) || 3 num uixisse? (fulsisse Ricsius) || 4 nisae HP | pernox qua rura scripsi: pernostra rura P per rura et nostra H perlustrans rura Buechelerus | liaeus P || 5 impl. H || 6 orbi scripsi: sibi HP (sibi poscit Oudendorpius) || 7 desierant HP, corr. Schraderus | num canoro? || 8 strepuit P: tremuit H || 9 num quod (quam?) non aequauit? V. Extat in HP (A. L. Burm. III 276, Mey. 926) || 2 aduentu

Adstantis ponti, cum te, mea bella Cythere,  
 Aspicio uenientem et tu mea limina grato  
 Introitu dignata rosas et lenis amomi 5  
 Delicias miras tecum adlicis, unde secutae  
 Palladis et frondes et nuptus inscia laurus.  
 Atria nostra uirent et agunt in limine primo  
 Radicem platani, ad portam uenit arbutus ipsam.  
 Felix multum arbos, imitans miracula Pindi, 10  
 Quam non delebit liuor nec sera uetustas.  
 O iucunda nimis, tenui quae uisa poetae,  
 Dum credis uitium non ausecultare Camenis.

## VI. De cereo.

Flora uenit. quae Flora? dea an de gente Latina?  
 Non reor; et Chloris dicta per arua fuit.  
 Huius in aduentum radiant de nocte lucernae,  
 Nam nitet atque hilarat lumine cuncta suo.  
 Cerea materies apibus debetur amicis: 5  
 \* \* \*  
 Floribus atque horti sit precor aequa mei,  
 Non ut mel rapiam, cuius non tangor amore,  
 Sed cera in talem fiat ut alba diem.

sonitum *Schraderus*; et certe et — et *permirum*; num ec uento  
 son. ? | mobile *scripsi*: nobile **HP** || 3 Astantis **H** | ponti (uel  
 pelagi) *scripsi*: pueri **HP**; *adposita mari poetae donus* | mea;  
 num dea? || 4 Aspicio **P**: Agnosco **H** || 6 allicis **H** | sequatae **H** ||  
 7 et nuptus *scripsi*: nulliusque **HP** et fulminis *Riesius* || 8 agunt  
 (mgo agens) **H**: agens (mgo agunt) **P** | limite **P** || 9 ipsa *Bueche-*  
*lerus* || 10 multū *scripsi*: multa **HP** culta *Buechelerus* | umbra-  
 cula *Pierſonius* || 11 Quam (Quae mgo) **H**: Quae (mgo quam) **P** |  
 puto putror || 12 nimis] quies *Burmannus* comes *Buechelerus* || 13  
 camoenis **H**

VI. *Extat in HP (A. L. Burm. V 190, Mey. 1120) || in*  
*titulo ad De cereo m. alt. in H addit flore || 2 et scripsi: at*  
**HP**; cf. *Quidii fast. V 195 || post 5 aliquid intercidisse intellexit*  
*Buechelerus || 6 horti — mei scripsi: hortis — meis HP*

VII. De aquila, quae in mensa de sardonyche  
lapide erat.

Mensa coloratis aquilae sinuatur in alis,  
 Quam floris distinguit honos, similique figura  
 Textitur: implumem mentitur gemma uolatum.

## VIII. Laus Martis.

Mars, pater armorum, fortissime belligerantum  
 Esto uolens, mitis, facilis, deus esto benignus:  
 Sic tibi post pugnas et pastos sanguine campos  
 Amplexus tribuat uincli segura Cythere.  
 Tu crista galeaque rubes, tu pulcher in aere 5  
 Inuentis ab cultu radiantia lumina ferreo;  
 Te thorax ocreaeque tegunt, non quo tibi terror  
 Hostilis surgat, sed quod decor exit ab armis.  
 Tu cum pulsatum clipei concusseris orbem,  
 Inmugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt. 10

VII. *Extat et in CP et in AV (om. H), et ita quidem ut*  
*illi De aquila, contra V (A om. tit.) que in mensa de sardo-*  
*nuche lapide erat inscribant; quas esse unius tituli partes in-*  
*tellexit Almelouenius (A. L. Burm. V 147, Mey. 1083) || 1 M litt.*  
*init. om. spat. rel. A | sinuatur PV: sinatur A inuatur Cla-*  
*uerius, dubium num ec C || 2 florum CP | distinguit V | simili-*  
*que CP: similisque AV*

VIII. *Extat in AV et HP (Burm. I 26, Mey. 585) || tit. Laus*  
*Martis V m. 1 in mg., Clauerius: De Marte (uel ad mg.) P Ad*  
*Martem H, qui uersus rhopalicus (rophalitus P) addunt; om. A |*  
*M spat. rel. om. A | belligerantum HP: belligerator AV || 2—12*  
*om. HP || 2 mittis V || 4 tribuat V: tribuit A | uincli Heinsius:*  
*uincli AV | cithere AV || 6 a (ab ego) cultu — ferreo Heinsius:*  
*a (e A) uultu — ferro AV || 7 thorax AV, ut uid. | ocreaeque Riesius:*  
*galeaque (ut uid.) AV e u. 5 cassisque Meyerus || 8 surgat*  
*scripsi: subeat AV | exit ab armis om. A; exit m. rec. corr. ez*  
*erit V || 9 pulsati A | clipei] i prius in y corr. m. rec. V | con-*  
*cusseris A*

Da reditum nobis, patriam repetamus ouantes:  
Sic tibi lasciue celebrentur in urbe kalendae.

## VIII. Laus Iunonis.

Alma poli domina, cui uincla iugalia curae,  
Supremi caeli regis coniuxque sororque,  
Da reditum nobis: sic regnum transeat orbis

## X. Laus Liberi.

Lenis uitisator, proles Semeleia, Bacche,  
Thyrsitenens, trieterice, dux Nysaeae, bimater,  
Flos Ariadnaeae, Core Liber Iacche Thyoneu,  
Da reditum nobis: sic totis dulcia riuus  
Musta fluant, totis spumet uindemia labris. 5

11, 12 om. A in 4 lin. spatio || 11 Da om. V lac. rel., in qua add. m. rec. | nobis reditum V, transpos. L. Muellerus (Mus. Rhén. 24, 323) || 12 Sic ti in lac. add. m. rec. V | lasciue V: lasciuae uulgo

VIII. Extat in uno V || Laus Iunonis inscripsi: Inmonalibus V || 1 Alma (uel summa uel diua) L. Muellerus: lacuna relicta in V (Atque m. rec.) | dominans Muellerus; malim domina o cui; cf. II 1 || 2 . . . emi V (Supr. add. m. rec.) || 3 Da reditum Muellerus: . . . ditum V (Det. re add. m. rec.) || supplet Muellerus: Ad tibi dilectas Tyriae Carthaginis arces

X. Extat in CHP et AV (A. L. Burm. I 21, Mey. 574) || Laus Liberi C (certe Clauerius in indice): De liberalibus mg. m. 1 V (om. A) De Bacho uel ad Bachum HP || 1 Lenis CHP: Lenae V enee (litt. init. om.) A; an Euhie? | uitisator CHP: uitis (uittis V) sator AV | proles semeleia CHP: bromie semeleia (-leia A) AV | bacche AV || 2, 3 om. CHP | Thyrsitenens A, qui reliquam u. 2 et 3 totum omittit | post Thyrsitenens ita pergit V: bimater trieterice nysie liber, quod corrigere temptauit (est Liber correctio marginalis ad u. seq. spectans) || 3 Flos ariadene V corrupte; nec enim uulgata placet | Core Liber scripsi: coriaticae V Curetice Heinsius Corybantice Buechelerus | Iacche scripsi: laete V || 4 riuus AV: uerbis CHP || 5 Musta uulgo:

## XI. De hippopotamo [et crocodilo].

Utraque fecundo nutritur bellua Nilo:  
Quaeque necat morsu quaeque sub ore fremit.

## XII. De Dulcio.

Nectareo dulces muro cinguntur harenae

\* \* \*  
Suaue tibi nomen; sed si te talia tangunt,  
Moribus atque animo post ea dulcis eris.

## XIII. De zona missa a Serena Arcadio Augusto.

Stamine resplendens et mira textilis arte  
Balteus alipedis regia terga liget,  
Quem decus Eoo fratri pignusque propinqui  
Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.  
Hoc latus adstringi uelox optaret Arion, 5  
Hoc proprium uellet cingere Castor equum.

Musa AV Mella CHP | totis spumet CHP: spumetque cauis V spumet (que cauis om.) A | prelis Barthius

XI. Extat in omnibus (Burm. V 146, Mey. 1082) || Incipit de hippopotamo V, om. A De hippopotamo (hyppop. P) HP; et crocodilo addit Clauerius || 1 U om. spat. rel. A | Utraque AV: Ut quae CHP | faecundo H || 2 necat CHP: uorat AV

XII. De dulcio de lucusta inscribit V (titulo caret A) ita ut post u. 1 solum exhibitum statim sine interuallo adiungat Claudiani de locusta epigramma, et ita A; contra De Dulcio ita inscribunt HP ut tantum uu. 2 et 3 praebant; hos autem cum priores (Burm. V 192, Mey. 1122) pro peculiari carmine habuerint, cum sint pro se soli apta uacui sententia, apparet in duabus codd. familiis duo unius carminis fragmenta esse seruata || 1 N om. spat. rel. A | dulces | fortasse durae | harenae AV || 3 post ea Burmannus: postea HV

XIII. Extat in AV post Claudiani epigr. XX, praescripto in V titulo (om. A): ite de zona missa ab eade archadio aug. || 1 S om. spat. rel. A || 1 liget V m. rec. corr.: ligat AV || 3 Quod A || 4 orbe | b supra lin. A || 6 uellet supra lin. m. 1 V

## XIII.

Marcus amans puerum natum mentitur amare

Vultque pater dici nescius esse pater;

Et pietate nefas et amorem uelat amore:

Se pietas umbram criminis esse dolet.

'Nate' dies audit, nox et torus audit 'amice', 5

Et pro temporibus nomina mutat ei.

Stulte, quid ignaro non dicit Cynthia fratri?

Ne credas noctis facta latere diem.

Qui 'pater' est, huic 'filius' est a lumine primo;

'Filius' a thalamis incipit esse 'puer'. 10

XIV (*Burm.* III 233, *Mey.* 998) ex uetere codice Cuiaciano profert *Binetus epigr. uet. p.* 15 tamquam *Claudiani*; non sine iuris specie nostrae collectioni uindicauit *Riesius* || 4 Sequae umbram pietas *Douza*; pro umbram reposuerim laruam || 5 thorus *Binetus*: totus codex || 6 ei] amor *Patissonius* || 7 cincia cod., corr. *Binetus* || 8 noctis facta ego: nocti digna cod. noctis furta *Douza* (dicta *Buechelerus*) || 9, 10 a manu aliena assutos putat *Barthius*; fortasse ante 5 collocandi | Qui puer est, hic filius est: a l. pr. filius coniecit *Meyerus* | lumine *Patissonius*: limine cod.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad uol. II.

In Aetnae u. 426 [II p. 114] nescio quo casu infelici bis (et in textu et in notis) me inuito hercle utque nolente typothetae posuerunt 'Vesuni' pro 'Veseui'; quod quam celerrime tollatur rogo.

Ad uol. III.

XVII 63 [supra p. 10] lege 'dis mittere'.

XXIV 6 [p. 65] in adnotatione lege 'Teptant' (intercidit 'e' litterula).

XXXIII 271 [p. 200] in notis lege: 'num pos terga?'

XXXIV Nunc demum Cippollae [cf. p. 207] de distichis Catonis dissertationem uidere mihi contigit, quem ut miratus sum Veronensem codicem tamquam plane incognitum in doctorum notitiam proferre nulla disputationis Schenkelianae ratione habita, ita tribus locis non sine utilitate illam inspexi, et primum quidem distichi, quod est in appendice [p. 236] tertium, uersum alterum Cippollae hanc testatur in A speciem habere:

Sepe dato bonis scieris bene ponere quod des.

quo ut ex parte coniectura nostra confirmata, ita ansa iterum perpendendi uersum data est; unde nunc sic eum restituo:

Saepe dato bona, si scieris bene ponere quod des.

deinde uero inter IV 25 et II 8 [cf. p. 206] hunc nouum inuenit uersum a Schenkeliō plane omissum:

Sub tortorem manet quem conscientia dema . . . ,  
cuius genuinam faciem olim fuisse puto hanc:

Sub tortore manet, quem conscia uita notauit.

praeterea in rebus leuioribus nonnullae inter Cippollae et Schenkeliī apographa differentiae intercedunt, de quibus quid statuendum sit is aperiet qui denuo codicem inspiciet. mihi enim, cum a. 1876 iterum codicem euoluenti minimum adesset tempus, pauca tantum disticha cum Schenkeliī dissertatione conferre licuit; unde tribus locis eam correxi. una est grauior discre-

pantia, scil. Append. 9, 1 [p. 236], ubi Cipolla legit 'semper par esse memento.' quem uersum fortasse melius ita exhibuissem spreto commento Schenkeliano:

Fortunae donis semper parcum esse memento.  
his adiciam, distichon II 2 ('Noli archana dei celumne inquire' eqs.) sub titulo 'Item Ciceronis' extare in codice Gaddiano pl. 90 sup. 25 saec. XII—XIII, cuius fol. 98 sq. initium Maximiani, Claudianum epigramma 'Fontibus in liquidis' eqs., 'Versus Lucani: Orbem iam totum' eqs. (= Petronius), distichon nostrum, Ausonianum 'Abiecta in triuiis' et uersus nonnulli Ouidii habentur. quorum aliquatenus coniunctus est Monacensis 19413 saec. XI—XII fol. 113 sqq. post 'uersus de uolueribus' aliaque exhibens epigramma Claudianum 'Fontibus in liquidis' sub titulo 'Tullii', cui distichon Catonianum II 2 subicitur praescripto 'Alii'.

Potui etiam addere, paucos Homeri latini uersus extare in florilegiorum ex poetis Romanis factorum codicibus nonnullis, Serenum interdum in usum uocari a Micone Leuita in libello suo prosodiaco; sed haec aliaque sine rei criticae damno a me neglecta esse certo scias.

Pag. 239 in apparatu ad u. 60 D pro C legas. — leuora quaedam uitia (ut p. 58 in adnot. ad u. 1050, ubi unicus ante cau(a)e delendus est, *arg* ≡ *iag*; pro *arg* ≡ *iaq*;) facile ipsi corrigent lectores.



B. G. TEUBNER  
IN LEIPZIG UND BERLIN.



Januar 1909.

## A. Ausgaben griechischer und lateinischer Schriftsteller.

### 1a. Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana. [8.]

Diese Sammlung hat die Aufgabe, die gesamten noch vorhandenen Erzeugnisse der griechischen und römischen Literatur in neuen, wohlfeilen Ausgaben zu veröffentlichen, soweit dies zugunsten der Wissenschaft oder der Schule wünschenswert ist. Die Texte der Ausgaben beruhen auf den jeweils neuesten Ergebnissen der kritischen Forschung, über die die beigelegte adnotatio critica, die sich teils in der praefatio, teils unter dem Text befindet, Auskunft gibt. Die Sammlung wird ununterbrochen fortgesetzt werden und in den früher erschienenen Bänden durch neue, verbesserte Ausgaben stets mit den Fortschritten der Wissenschaft Schritt zu halten suchen.

Die Sammlung umfaßt zurzeit gegen 550 Bände, die bei einmaligem Bezuge statt ca. 1800 Mark geheftet, 2050 Mark gebunden zum Vorzugspreise von ca. 1350 Mark, bzw. 1600 Mark abgegeben werden.

Alle Ausgaben sind auch gleichmäßig in Leinwand gebunden käuflich!

### Textausgaben der griechischen und lateinischen Klassiker.

Die mit einem \* bezeichneten Werke sind Neuerscheinungen der letzten Jahre.

#### a. Griechische Schriftsteller.

- |  |  |
|--|--|
| Aeliani de nat. anim. II. XVII, var. hist., epist., fragm. Rec. R. Hercher. Vol. I. <i>M.</i> 5.—5.50. Vol. II. <i>M.</i> 7.20 7.70. | Anacreontis carmina. Ed. V. Rose. Ed. II. <i>M.</i> 1.—1.40.                           |
| — varia historia. Rec. R. Hercher. <i>M.</i> 1.50 1.90.  | Anaritius: s. Euclid. suppl.   |
| Aeneae commentarius poliorceticus. Rec. A. Hug. <i>M.</i> 1.35 1.75.   | *Andocidis orationes. Ed. Fr. Blass. Ed. III. <i>M.</i> 1.40 1.80.                     |
| *Aeschini orationes. Ed. Fr. Blass. Ed. II. min. <i>M.</i> 2.80 3.30.  | Annae Comnenae Alexias. Rec. A. Reifferscheid. 2 voll. <i>M.</i> 7.50 8.60.            |
| — Ed. maior (m. Index v. Preuss). <i>M.</i> 9.20 9.80.   | Anonymus de incredibilibus: s. Mythographi.  |
| Aeschylli tragoediae. Iter. ed. H. Weil. <i>M.</i> 2.40 3.—  | Anthologia Graeca epigr. Palat. c. Plan. Ed. H. Stadtmueller.                          |
| — Einzeln jede Tragödie (Agamemnon. Choëphorae. Eumenides. Persae. Prometheus. Septem c. Th. Supplices). <i>M.</i> —.40 —.70.        | Vol. I: Pal. I. I—VI (Plan. I. V—VII). <i>M.</i> 6.—6.60.                              |
| *— cantica. Dig. O. Schroeder. <i>M.</i> 2.40 2.80.  | Vol. II. P. 1: Pal. I. VII (Plan. I. III). <i>M.</i> 8.—8.60.                          |
| [—] Scholia in Persas. Rec. O. Dähnhardt. <i>M.</i> 3.60 4.20.   | *Vol. III. P. 1: Pal. I. IX. (Epp. 1—563. Plan. I. I) <i>M.</i> 8.—8.60.               |
| Aesopicae fabulae. Rec. C. Halm. <i>M.</i> —.90 1.30.  | — lyrical. lyr. Graec. rell. Edd. Th. Bergk, E. Hiller, O. Crusius. <i>M.</i> 3.—3.60. |
| Alciphronis Bhetoris epistularum lib. IV. Ed. M. A. Schepers. <i>M.</i> 3.20 3.60.   | Antiphontis orationes et fragmenta. Ed. Fr. Blass. Ed. II. <i>M.</i> 2.10 2.50.        |
| Alexandri Lyceopol. c. Mauch. Ed. A. Brinkmann. <i>M.</i> 1.—1.25.   | Antonini, M. Aurel., commentar. II. XII. Rec. I. Stich. Ed. II. <i>M.</i> 2.40 2.80.   |
| Alypius: s. Musici.  | Antoninus Liberalis: s. Mythographi  |
|  | Apocalypsis Anastasiae. Ed. R. Homburg. <i>M.</i> 1.20 1.60.                           |
|  | Apollodori bibliotheca. Ed. R. Wagner: siehe Mythographi. Vol. I.                      |

Die **fetten** Ziffern verstehen sich für **gebundene Exemplare.**

Apollonius Pergaeus. Ed. et Lat. interpr.  
est I. L. Heiberg. 2 voll. *M.* 9.—10.—  
Apollonii Rhodii Argonautica. Rec. R.  
Merkel. *M.* 1.50 1.90.  
\*Apianihist. Rom. Ed. L. Mendelssohn.  
Vol. I. *M.* 4.50 5.— Vol. II. Ed. P. Vier-  
eck. Ed. II. *M.* 6.— 8.60.  
Archimedis opera omnia. Ed. I. L. Hei-  
berg. 3 voll. *M.* 18.— 19.80.  
Aristene ad Philocratem epistula c. cet.  
de vera. LXX interpr. testim. Ed. P. Wend-  
land. *M.* 4.— 4.50.  
Aristophanis comediae. Ed. Th. Bergk.  
3 voll. Ed. II. *M.* 4.— 5.—  
Vol. I: Acharn., Equites, Nubes, Vespae,  
Fax. *M.* 2.—, 2.50.  
— II: Aves, Lysistrata, Thesmoph., Ranae,  
Reclles, Plutus. *M.* 2.— 2.50.  
Einzelne jedes Stück *M.* — 60 —, 90.  
Aristotelis de partib. anim. II. IV. Ed.  
B. Langkavel. *M.* 2.80 3.20.  
\*— de animalium motu. Ed. Fr. Littig.  
[In Vorb.]  
\*— de animalibus historia. Ed. L. Ditt-  
meyer. *M.* 6.— 6.60.  
— de arte poetica I. Rec. W. Christ.  
*M.* — 60 —, 90.  
— physica. Rec. C. Prantl. [z. Zt. vergr.]  
— ethica Nicomachea. Rec. Fr. Suse-  
mihl. Ed. alteram cur. O. Apelt.  
*M.* 2.40 2.80.  
— de coelo et de generatione et corrup-  
tione. Rec. C. Prantl. *M.* 1.80 2.20.  
— quae feruntur de coloribus, de audibi-  
libus, physiognomonica. Rec. C. Prantl.  
*M.* — 60 —, 90.  
\*— politica. Post Fr. Susemihlium  
rec. O. Immisch. *M.* 3.— 3.50.  
— magna moralia. Rec. Fr. Susemihl.  
*M.* 1.20 1.60.  
— de anima II. III. Rec. Guil. Biehl.  
*M.* 1.20 1.60.  
[— ethica Eudemia.] Eudemi Rhodii  
ethica. Adl. de virtutibus et vitiis I.  
rec. Fr. Susemihl. *M.* 1.80 2.20.  
— ars rhetorica. Ed. A. Roemer. Ed. II.  
*M.* 3.60 4.—  
\*— metaphysica. Rec. Guil. Christ.  
Ed. II. *M.* 2.40 2.80.  
— qui ferob. libror. fragmenta. Coll.  
V. Rose. *M.* 4.50 5.—  
— oeconomica. Rec. Fr. Susemihl.  
*M.* 1.50 1.90.  
— quae feruntur de plantis, de mirab.  
auscultat., mechanica, de lineis insec.,  
ventorum situs et nomina, de Melissa  
Xenophane Gorgia. Ed. O. Apelt.  
*M.* 3.— 3.40.  
— parva naturalia. Rec. Guil. Biehl.  
*M.* 1.80 2.20.

Die fetten Ziffern verstehen sich für gebundene Exemplare.

Aristotelis *Πολιτικά* *Ἠθικά* Ed. Fr.  
Blass. Ed. IV. *M.* 1.80 2.20.  
—: s. a. Musici.  
[—] \*Divisiones quae vulgo dicuntur  
Aristotelicae. Ed. H. Mutschmann.  
*M.* 2.80 3.20.  
Arriani Anabasis. Rec. Car. Abicht.  
[z. Zt. vergr.]  
\*— quae exstant omnia. Ed. A. G. Roos.  
Vol. I. Anabasis. Ed. maior. Mit I. Tafel.  
*M.* 3.60 4.20.  
\*— Anabasis. Ed. A. G. Roos. Ed. min.  
*M.* 1.80 2.20.  
— scripta minora. Edd. B. Hercher  
et A. Eberhard. Ed. II. *M.* 1.80 2.20.  
Athenaei dipnosophistae II. XV. Rec. G.  
Kaibel. 3 voll. *M.* 17.10 18.90.  
Autolyei de sphaera quae movetur I., de  
orbibus et occasibus II. II. Ed. Fr.  
Hultsch. *M.* 3.60 4.—  
Babrii fabulae Aesopae. Rec. O. Crusius.  
Acc. fabul. daetyl. et iamb. rell. Ignatii et  
